

95224

*****†*****

SANCTORUM

DIOECESIS CORISOPITENSIS
SEU CORNUBIENSIS.


*Auctoritate Illustrissimi ac Reveren-
dissimi D. D. FRANCISCI
DE COETLOGON Episcopi
Corisopitensis & Comi-
tis Cornubiensis recogni-
tum, Romanoq; vultu
accuratius confor-
matum.*



CORISOPITI,

Ex Typographia ROMANI MATASSIS,
hujus Dioecesis Typographi,
& Bibliopola.

M. DC. LXXX.



*****+*****

FRANCISCVS DE COETLO-
 GON, Dei & Sanctæ Sedis
 Apostolicæ gratia Episcopus Coriso-
 pitensis & Comes Cornubiensis, uni-
 verso Clero Pastoralè nostræ sollici-
 tudini commissio. Salutem. Tandem
 nobis erat in animo, Proprio San-
 ctorum Diæcesis nostræ debitam, qua
 eget, emendationem adhibere: ve-
 rum Divina Providentia aliter dis-
 ponente, hactenus occurrerunt non
 pauca, quæ tam pium & tam utile
 opus remorata sunt. Speciali tan-
 dem conatu optatis satisfacere Sta-
 tuentes, nec non de Concilio N. ac
 Reuerabilium Fratrum nostrorum
 Canoniorum Corisopitensium hanc
 desideratam recognitionem suscep-
 imus; susceptamque adhibitis viris &
 Rituum Romanorum, & antiqui

Diaecesis usus peritis, annuente Deo,
feliciter peregrimus. Officia trium
quatuorve Sanctorum, qui ad Dia-
cesim spectare visi sunt, ab aliquo
tempore intermissa restituere placuit,
& abrogare ea, quae ad ipsam vel
nullo modo, vel saltem perpaulum
attinentia nacti sumus. Quidquid
Rubricis Romanis haud consonum
inerat, eisdem accurate conciliatum
est. De ijs etiam, quae ad Martyrolo-
gium pertinent, sufficienter actum.
Missae post quodlibet Officium assi-
gnatur. Denique omnia diligenter
emendata, & in meliorem ordinem
reducta, clare ac breviter, quantum
ferri potuit, explicantur. Ut igitur
huius laboris fructus ad vos, quorum
est, pervenire queat: praesens Pro-
prium auctoritate nostra sic reco-
gnitum, castigatum, concinnatum
Typis mandari iussimus atq; cura-
vimus. Quamobrem non solum ex-

hortamur vos omnes ac singulos, sed
mandamus quoque districte prae-
cipientes: ut sub inobedientia poena hoc
nostrum Proprium comparare studea-
tis, & deinceps juxta normam in
eo praescriptam tum privatim, tum
publice de Festis Propriis Diaecesis
nostrae Officium recitetis. Datum
Corisopitii in Palatio nostro Episco-
pali sub nostris Signo & Sigillo, ac
Secretarii nostri Chirographo, die
trigesima Aprilis, anno Domini
M. DC. Octogesimo.

FRANCISCUS Episc.
Corisopitensis.

De Mandato dicti Illu-
strissimi ac Reverendissimi
Domini mei D. Episcopi &
Comitis.

P. DE PAIL Presbyter. Sec.



CALENDARIUM

*Cum Rubricis huius Proprio
Specialibus.*



JANUARIUS.


28. Juliani Episcopi & Confessoris.

Semiduplex.

FERIA IV. ANTE CINERES.

Effusio Sanguinis ex Imagine Crucifixi. *Duplex Majus.*

¶ Si eadem die occurrat Duplex 2. classis,
Effusio transferetur in proximam diem
non impeditam.



FEBRUARIUS.



MARTIUS.

3. Guingaloëi Abbatis, *Duplex.*

12. Pauli Episcopi & Confessoris.
Semiduplex.

APRILIS.

5. Vincenti Ferreii Confessoris. *Semiduplex. de precepto in hac Diocesi.*

16. Paterni Episcopi & Confessoris
Semiduplex.

25. ¶ In hac Diocesi abstinetur à Carnibus die vigesima quinta huius mensis; modo non sit dies Dominica, nec Feria 2. 3. 4. aut 5. infra Octavam Paschatis.

M A I U S.

DOMINICA PRIMA INTRA
MENSEM.
TRANSLATIO S. CORENTINI.
Duplex. 2. Classis.

¶ Ex Consuetudine vel antiquissima hoc Festum in civitate tam in concursu, quam in occurſu præfertur Festis SS. Philippi & Jacobi, & Inventionis S. Crucis: sed non ita fiat per Diocesim.

1. Brioci

1. Brioci Episcopi & Confessoris.
Semiduplex.

9. Tudini Abbatis. *Semiduplex.*

17. Primaëlis Eremitæ & Confessoris. *Semiduplex.*

19. Jvonis Confessoris *Duplex.*

I U N I U S.

10. Ronani Episcopi & Confessoris.
Duplex.

23. ¶ In hac Diocesi Jejunium S. Iohannis anticipatur in diem vigesimam secundam, quando hac die contingit Festum Corporis Christi.

I U L I U S.

29. Guillelmi Episcopi & Confessoris.
Semiduplex.

¶ Officium S. Marthæ transfertur in diem proximam, Dominica vel aliquo Duplici aut Semiduplici etiam translatio non impeditur.

31. Germani Episcopi & Confessoris.
Semiduplex.

AUGUSTUS.

SEPTEMBER.

OCTOBER.

2. Melori Martyris. *Semiduplex.*
13. Cognogani Corisopitensis Episcopi & Confessoris. *Duplex.*
- ¶ Officium S. Teresæ sit die proxima non impedita.
26. Alori Corisopitensis Episcopi & Confessoris. *Duplex.*

NOVEMBER.

5. Guinali Abbatis. *Semiduplex.*
8. Tremori Martyris. *Semiduplex.*

DOMINICA ANTE DEDICATIONEM Cathedralis.

In omnibus Ecclesiis Parochialibus & Succursalibus huius Diocesis, quibus ignota est dies Dedicationis propriae.

DEDICATIO propriae Ecclesiae.

Duplex 1. classis cum Octava.

26. DEDICATIO Ecclesiae Corisopitensis. *Duplex. 1. classis.*

¶ Ip Civitate tantum sit Octava.

30. Tugduali Episcopi & Confessoris.

Semiduplex.

DECEMBER.

11. ¶ Si dies undecima fuerit Dominica, de S. Damaso fiat die decima septima, omittis eo anno Antiphonis, quæ ad Laudes Sabbati dicendæ fuissent.
12. CORENTINI Primi Corisopitensis Episcopi & Confessoris, toriusque Diocesis Patroni. *Duplex. 1. classis.*
13. Commemoratio Octava S. Corentini ante Commemorationem Octavae Conceptionis.
14. De Octava S. Corentini. *Semiduplex.*
- ¶ Si hæc dies fuerit Sabbatum: Vespere hodierna erunt semid. de S. Corentino, & a Capitulo de Sab. ante Dom.
3. Adventus cum commemor. S. Corent.

ante commemor. diei Octavæ Conceptionis.

15. Commemoratio Octavæ S. Corentini.

¶ In Dom. 3. Adventus, facienda post commemor. diei Octavæ Conceptionis.

16. De Oct. S. Corentini. Semiduplex.

¶ Dicto Completorio desinit offic Octavæ S. Corent. nihilque fit amplius de ea.

NOTANDA.

I.

In unaquaque Parochiali aut succursali Ecclesia.

Festum PATRONI seu Titularis. Duplex, 1. classis, cum Octava.

DEDICATIO Ecclesiæ propriæ. Duplex, 1. classis, cum Octava.

II.

De Sanctis, quorum habentur Reliquiæ, & de aliis difficultatibus, quæ occurrere possunt, consultatur Illustrissimus D. D. Episcopus.

III.

Ex Consuetudine omni memoriæ antiquioris, & etiam ex Gavanto Comment. in Rubr. Brev. sed. 5. cap. 18. n. 7. per totam Diocesim inter alia Suffragia fit Suffragium S. Corentini ante Suffragium Patroni seu Titularis propriæ Ecclesiæ, nisi eiusdem Patroni seu Titularis dignitas primum postulet.

IV.

Ubi legitur Martyrologium Romanum, debent etiam suo loco enuntiari Festa propria Diocesis. In calce huius Proprietatis habentur formulæ ad id requisitæ.

V.

Denique sciendum, per *In Civitate* intelligi Ecclesiam Cathedralē cum quinque Parochiis in ipsamet contentis.





SUFFRAGIUM SANCTI CORENTINI.

Ad Vesperas & Laudes post Suffragium SS. Apostolorum in Civitate & per totam Diocesim faciendum.

Ad Vesperas. Antiphona.

Nobilis progénie, nobilior fide,
Nobilissimus sanctitáte fuit Pa-
stor & Patronus noster Corentinus:
ipse intercedat pro nobis ad Ddminú.

ŷ. Tu es Sacerdos in ætérnum.

R. Secundum ordinem Melchisedech.

*¶ Quando ŷ. Ora pro nobis. Non dicitur
pro B. Maria Virg. scilicet ab Octava Epi-
phan. usq; ad Purificationem & in Officio
B. Maria in Sabbato: tunc pro S. Corenti-
no dicatur.*

ŷ. Ora pro nobis Beáte Corentine.

*R. Ut digni efficiámur promissioni-
bus Christi.*

Ad Laudes.

Antiphona.

O quam Venerándus est Sanctus Prae-
sul Corentinus, qui nobis est a
Deo datus Pastor & Patronus.

ŷ. Tu es Sacerdos: vel ŷ. Ora pro nobis.

Oremus.

Oratio.

Gratia tua, quæsumus Dómine,
tribue largitatem: ut qui Beati
Corentini Confessoris tui atque Pon-
tificis memóriam colimus, vitæ præ-
sentis, & futuræ præfidiis gaudeamus.



OFFICIA
ET MISSAE FESTORVM
DIOECESIS

CORISOPITENSIS.

DIE XIX. DECEMBRIS.

In Festo Beatisimi Patroni nostri
CORINTINA primi Corisopi-
 tensis Episcopi & Confessoris.

Duplex. 1. classis.

Ad primas. Vesperas. *Antiphona.*

BEATE Christi Confessor Corint-
 sine, ecce nomen tuum fulget per
 saecula: petimus ergo, ut tuis sacris
 precibus mereamur ad uariis Domi-
 no *Tempora Paschali.* Alleluia.

Psalms. Dixit Dominus. cum reliquis

de Dominica, & loco ultimi, Psalmi.
 Laudate Dominum omnes gentes.

Antiph. Sancte Corentine, patrone
 noster gloriose, adesto nostris preci-
 bus pius & propitius. *Tempore Pas-
 chali.* Alleluia.

Antiph. Sancte Corentine intercede
 pro nobis, ut consortes gloriæ San-
 ctorum tecum effici mereamur. *Tem-
 pore paschali.* Alleluia.

Antiph. Laudemus Dominum, qui
 Beatum Corentinum nobis providit
 Patronum; & ejus solemnitate
 gloriantes, patrocinio sublevemur.
Temp. Pasch. Alleluia.

Antiph. Nobilis progénie, nobilior
 fide, nobilissimus sanctitate fuit Pas-
 tor & Patronus noster Corentinus:
 ejus meritis nos exaudire digneris
 Sancta Trinitas unus Deus. *Tem-
 pore Pasch.* Alleluia.

Capitulum.

Hebr. 13.

Fratres. Mementote prapositio-
 rum vestrorum, qui vobis locuti
 sunt verbum Dei; quorum influentes

extremum

extremum conversationis, imitamini fi-
 dem.

Hymnus.

Pange solennes pia turba cantus
 Hac die, cunctis tibi sanctiori;
 Quæ Corentinum, cumulata pala-
 mis

Vexit ad astra.

Cujus in miris renovata virgæ
 Crevit Hebrææ potior potestas:
 Pressa dum tellus hinculo scæterentes
 Protulit undas.

Carne dum pisces redit integrata,
 In cibum se se toties datus;
 A qua lex stricta quoties suadet
 Prandia mensæ.

Quis dapes pareas, vigilisque noctes,
 Quis gregis curam valeat referre:
 Inclytam gemmis ubi sacra prelit
 Insula frontem?

Calnum consors, patriæque vindex,
 Præsul ô nostræ decus omne gentis,
 Adhis & læsi precibus ferena

Numinis iras.

Nostræ te sumum celebrant Parentem

C

Festa Decembris.

Ora, te summo génitum Parente?
Par sit ambórum tibi laus per omne
Spiritus ævum. Amen.

Orapro nobis Beáte Corentine.
V. Odigni efficiamur promissioni-
bus Christi.

Ad Magnificat, Antiph.

Iste Dei Confessor Corentinus, glo-
riósam vitam getens in terris, spe-
culum bonórum operum nobis fac-
tus est: ideo cum Christo gloriósius
regnat in cælis.

Oratio.

Gratia tua, quaesumus Dómine,
tribue largitatem: ut qui Beati
Corentini Confessoris tui atque Pon-
tificis annuam solemnitatem recolimus,
vitæ præsentis & futuræ præ-
sidius gaudeamus. Per Dóminum nos-
trum, &c.

*Deinde sic commemoratio Adventus
tantum.*

Infia Octavam Conceptionis, ad Comple-
& ad Horas tantum, in fine Hymnorum di-
citur: Gloria tibi Domine. Qui natus es

Festa Decembris.

Unus enim Laudum: Rex Christe habet
ultimum & proprium: reliqui vero sunt al-
terius metri.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Regem Regú adóremus.
Dóminum, * Qui sibi gratuito Sacrum
elegit Corentinum,
Psal. Venite, exultemus.

Hymnus.

A TERNUM superis sedibus exiens
Verbum, quod génti cond-
itor ómnium,

Signis innumeris: mirificam manum
Summus pródidit artifex.

Nam qui de tenui semine, quod suo
Commissum grémio terra fovet pa-
rens,

Immensam segetem tempore con-
gruo.

Humánis creat úsibus.
Ut se corpóreis induit artibus.

Turbam pisciculis pavit & hórdeo:
Nam quid non potis est ubere præ-
solo

Summi dextera Numinis?

Hoc si præstiterit Pontificis fides,
Cui se perpetuum fertilis in cibum
Sistit pisciculus, sufficiens quoque
Mensam pascere regiam.

Non est insolitum, quod stupcas ma-
gis

Admirans facinus, quam meritum
viri:

Quod per se potuit Christus, id in
suo

Quid non discipulo potest:

Trino sit Domino laus pia iugiter;

Qui fidos famulos mirificans solo,

Æterno recreat lumine postmodum

Sanctos glorificans polo. Amen.

In primo Nocturno

Antiphona. Beatus iste Sanctus in vi-
ta sua suffulsit domum, & in diebus
suis corroboravit templum.

Psalmus. Beatus vir, cum reliquis
Psalm. de communi Confessoris Pontificis.

Antiphona. Adæptus est gloriam in
conversazione gentis, & ingressum
domus & atrij amplificavit.

Antiphona. Erexit illum Deus ab hu-
militate, & exaltavit caput eius: mi-
rati sunt in illo populi, & honora-
verunt Deum.

V. Amavit eum Dominus, & ornavit
eum.

R. Stulam gloriæ induit eum.

Pater noster, &c.

De libro Ecclesiastici.

Leccio prima. Cap. 50.

Ecce Sacerdos magnus, qui in vi-
ta sua suffulsit domum, & in die-
bus suis corroboravit templum. In
diebus ipsius cinnavérunt putei a-
quarum, & quasi mare adimpleti sunt
supra modum. Qui curavit gentem
suam, & liberavit eam à perditione.
Qui prævaluit amplificare civitatem,
qui adæptus est gloriam in conversa-
tione gentis; & ingressum domus &
atrij amplificavit. Quasi stella matu-
rina in medio nebulae, & quasi Luna
plena in diebus suis lucet. Et quasi
Sol resurgens, sic ille effulsit in tem-
plo Dei, tu autem.

ps. Ad laudem summi Patris laudet-
tur bonus filius in bonis, & de bo-
no. * Ut nos magis inde excitemur
ad bonum. *tempor. Paschali. Alleluia.*
ps. Laudetur Pater in filiis, Deus in
Sanctis, mirabilis in miraculis. Ut
nos.

Lectio. *ps.*

Quasi arcus resurgens inter nebu-
las gloriæ, & quasi ros rosarū
in diebus vernis, & quasi lilium quæ-
sunt in transitu aquæ, & quasi thus
redolens in diebus æstatis. Quasi ignis
effulgens, & thus ardens in igne.
Quasi vas auri solidum, ornatum om-
ni lapide pretioso. Quasi oliva pul-
lulans, & cypressus in altitudinem se
extollens, in accipiendo ipsum Ro-
sam gloriæ, & vestiri eum in consu-
mationem virtutis. In ascensu altæ-
ris sancti, gloriæ dedit sanctitatis
amictum.

ps. Ecce vir prudens, qui ædificavit
domum suam supra petram; in cuius
ore non est inventus dolus. * Quia

Deus elegit eum in Sacerdotem sibi.
tempor. Paschali. Alleluia.

ps. Ecce verè Israëlita, in quo dolus
non est. Quia.

Lectio. *ps.*

Manus suas extulit in omnem
congregationem filiorum Isra-
ël dare gloriā Deo à labiis suis, &
in nomine ipsius gloriāri: & iteravit
orationem suam, volens ostendere
virtutem Dei. Et nunc orate Deum
omnium, qui magna fecit in omni
terra, qui auxit dies nostros à ven-
ere matris nostræ, & fecit nobiscum
secundum suam misericordiam: det
nobis iucunditatem cordis, & fieri
pacem in diebus nostris in Israël per
dies sempiternos; credere Israël no-
biscum esse Dei misericordiam, ut
liberet nos in diebus suis.

ps. Ecce verè Israëlita, in quo dolus
non est inventus, qui probatus repen-
tus est. * Sacerdos magnus juxta or-
dinem Melchisedex. *tempor. Pasch.*
Alleluia.

Stetit illi Dominus testamentum
sempercornum; qui probatus repertus
est Sacerdos. Gloria Patri. Sacerdos.

In secundo Nocturno.

Antiphona. Mirificavit Dñs Sanctum
suum, & exaudivit eum clamantem
ad se.

Antiph. Glorificavit eum in conspectu
Regum, & iussit illi coram populo
suo.

Antiph. O quam venerandus est Sacer-
tus Præsul Corentinus, qui nobis est
a Deo datus Pastor & Patronus.

¶ Elegit eum Dominus Sacerdotem
sibi.

¶ Ad sacrificandum ei hostiam lau-
dis. Pater noster. &c.

Leitio. IV.

Corentinus honestis parentibus
in Britannia minore natus, ab in-
fante pueritia liberalibus disciplinis
eruditus; ut totum se Jesu Christo
daret, adolescens se se in solitarium
locum abdidi: ubi eius sanctitatem
Deus, cum simplicibus sermo-

cinatio

cinatio est, insigni miraculo declaravit.
Ex vicino namque fontis rivulo,
quem ipse circa horam prandij aqua
hausturus frequentabat, piscis exili-
ens, sic ei se ipsum ultro commo-
dabat, ut abscissa in cibum particulâ,
integrum se denuò ad idem munus
quotidie repræsentaret. Ex qua etiam
particula Gradlonum Regem cum uni-
verso comitatu, qui eo fortè inter
venandum diventerat, semel pran-
dio Vir Sanctus excepit: pisciculum
multiplicante eo, qui de quinque pa-
ribus & duobus piscibus quinque mil-
lia hominum in deserto saturavit.
Hujus porro tanti miraculi Rex ad-
miratione captus, Sanctum Corenti-
num non modò studiose est prosecu-
tus, sed ei cuncta etiam prædia, quæ
ibidem possidebat, pia liberalitate do-
navit. Accidit quoque, ut, cum quis
de ejusdem Regis familia idem circa
piscem tentare præsumpsisset, multi-
lus piscis remanserit; qui à Corentino
restitutus, atq; abire iussus, deinceps

D

non comparuit.

¶ Dilectus Deo & hominibus Beatus
Corentinus, cuius memoria in bene-
dictione est. * In bonitate & alacritate
anime sue placuit Altissimo. *Tempore
Pasche. Alleluia.*

¶ Ideo dedit illi Dominus facere
mirabilia, ut videant omnes, quia bo-
num est obsequi Deo. In bonitate.

LECTIO V.

Hoc primum miraculum alia de-
inde non parca consecuta sunt.
Nam cum Primaalem eximie sancti-
tatis Eremitam inuississet, noctemque
cum illo in hymnis & canticis spiri-
tualibus traduxisset: postridie disces-
surus, claudi hospitii laborem in as-
portanda e longinquo aqua ad Missa
sacrificium sublevavit: erumpente sta-
tim ad illius preces e loco, in quo
baculum defixerat, limpidissimi fon-
tis scaturigine. Cujus miraculi fama
permoti viri sanctissimi Maclovius &
Paternus, Corentinum quoque & ipsi
adcentes, püssimo ab eo excepti sunt.

hospitio, atque alterius insuper mira-
culi spectatores facti. Dum enim præ-
ter modicum panem nihil ipsi suppe-
teret; in urnâ, quâ haustus aquam
ad fontem venerat, simul cum aqua
piscium copia divinitus reperta est;
quæ cum parumper vini divinitus quo-
que impetrati religioso convivio
sufficit.

¶ Deus bonus, cui omne cor patet,
& omnis voluntas loquitur. * Famuli
sui Corentini desiderio satisfacti.
Tempore Paschali. Alleluia.

¶ Deus, cuius cum simplicibus ser-
mocinatio est. Famuli.

LECTIO VI.

Adveniente ergo tempore, quo
splendidissimam nocte: lamen
Ecclesiæ suæ Deus affulgete decreve-
rat, a Cornubiensibus; Episcopum si-
bi postulantibus, unâ cum Guinga-
loto, ac Tudio Turonas ad Beatum
Martinum mittitur, & ab eodem San-
ctissimo Praefate in Episcopum conse-
cratur. *¶* Qui ad suos rediens summo

Festa Decembris.

cum honore exceptus est; moxque
Guingaloëum ac Tudinum, viros
scientiâ & sanctitate conspicuos, ex
Sancti Martini consilio id munus as-
serentis esse proprii Episcopi, in Ab-
bates benedixit. Ipse commissio sibi
gregi diligenter invigilans, perfectis-
simum virtutum omnium exemplar
enituit. Qui demum piis laboribus
confectus, talentum sibi creditum du-
plicato fœnore Christo repositurus,
ad cælum evolavit. Quem multis é-
riam post obitum miraculis Divina
bonitas voluit illustrari. Inter quæ
illud insigne est de muliere nobili,
quæ ad ejus sepulcrum profecta cum
ab offerendo munere resiliisset, ma-
nus ejus repente contracta est: sed
apparente sibi in somnis Beato Co-
rentino, facti pœnitens postridie sa-
nata est.

Æ. Fidelis namque & prudens dispen-
sator in magni patrisfamilias domo
constitutus erat: * Ut conservis suis
mensuram tritici erogâtes,

Festa Decembris.

Tempore Pasch. Alleluia.

ÿ. Pro salute & augmento gregis sibi
commissi curâ pervigili sollicitus e-
rat. Ut. Gloria Patri. Ut.

In tertio Nocturno.

Antiphona. Sancti Corentini vita fuit
sancta, mors pretiosa, corona nunc
est in cælis gloriosa.

Antiphona. A mundo & mundanis se
mundum exhibuit, sibi mundum cru-
cifigens, & se mundo.

Antiphona. Inter septem Sanctos, ve-
lat clarissimus Solis radius, enituit
Cornubiæ Corentinus.

ÿ. Tu es Sacerdos in æternum.

Æ. Secundum ordinem Melchisedech.
Pater noster, &c.

*Lectio sancti Evangelii secundum
Lucam.*

Lectio vii. Cap. ii. d.

IN illo tempore: Dixit Jesus dis-
cipulis suis. Nemo lucernam ac-
cendit, & in abscondito ponit, neque
sub modio: sed supra candelabrum.

ut qui ingrediuntur, lumen videant.
Et reliqua.

Homilia Sancti Ambrosii Episcopi.
Lib. 7. Comment. in Lucam. cap. 11.

Quia in superioribus Ecclesiam
Synagoga prætulit, hortatur
nos, ut fidem potius nostram ad Ec-
clesiam transferamus. Lucerna enim
fides est, iuxta quod scriptum est.
Lucerna pedibus meis verbum tuum
Domine. Verbum enim Dei fides
nostra est: verbum Dei lux est. Lu-
cerna est fides. Erat lux vera, quæ
illuminat omnem hominem venien-
tem in hunc mundum. Lucerna au-
tém lucere non potest, nisi aliunde
lumen acceperit.

℞. Iste Sanctus dignè in memoriā
venit hominum, qui ad gaudium
transiit Angelorum: * Quoniam in
hac peregrinatione solo corpore con-
stitutus, cogitatione & aviditate in
illa æterna patria conversatus est.

Tempore Pasch. Alleluia.

℣. Vinculis carnis absolutus, talen-

tum sibi creditum Domino suo du-
plicatum reportavit. Quoniam.

Lectio. VIII.

Hæc est lucerna quæ accenditur,
virtus scilicet nostræ mentis &
sensus, ut drachma illa possit, quæ per-
erat, repetari. Nemo ergo fidem sub lē-
ge constituat. Lex enim intra mensurā
est, ultra mensurā gratia: lēx obūbrat,
gratia clarificat. Et idem nemo fidem
tuā intra mensurā legis includat,
sed ad Ecclesiam conferat, in qua sep-
tisformis Spiritus relucet gratia, quā
Princeps ille Sacerdōtum fulgore su-
perna Divinitatis illuminat, ne eam
legis umbra restringat.

℞. O gloriōsum Præsulem! o sum-
mæ veritatis præconem! o felix Cor-
nabia, quæ Beatum Corinthum a
Christo, * Meruisti habere Pastorem.
Tempore Paschali. Alleluia.

℣. Eum semper in celis mereātis in-
tercessorem, quem in terris a Christo
Redemptōre nostro. Meruisti.

Gloria Patri. Meruisti.

Festa Decembris.

Leetia. ix.

Denique lucerna illa, quam matutinis vespertinisque temporibus, intra veteri Iudeorum, Princeps Sacerdotum solebat accendere, velut sub medio sita legis evanuit. Et civitas illa Ierusalem, quae in terris est, quae occidit prophetas, quasi in convalle sietus posita delitescit. Illa autem Ierusalem quae in caelo est, in qua insinat fides nostra, in illo altissimo omnium locata monte, hoc est Christo, non potest tenebris & ruinis huius mundi abscondi, sed fulgens candore Solis aeterni, luce nos gratia spiritualis illuminat. Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

& per horas, *Antiphona.*

Laudemus Virum gloriosum, & Parentem nostrum in generatione sua.

Psalm. Dominus regnavit, cum reliquit de Dominica.

Antiph.

Festa Decembris.

ix.

Antiph. Magnus virtute, & prudentia praeditus, gloriam adeptus est in generationibus gentis suae.

Antiph. Scitavit illura Dominus Principem sanctorum gentis suae, & ostendit sapientiam in cor nostrum.

Antiph. Benedicens benedixit ei, & testamentum suum confirmavit super caput eius.

Antiph. Quasi Sol resurgens, sic ille resurrexit in templo Dei.

Capitulum. Hebr.

Fratres: Memento Prapostorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum imitantes, ex huius conversationis, imitamus eadem.

Hymnus.

Rex Christe, splendor patrum Gregi tuo, quibus praefatus, Audende quod dat edictum Festivalis Antistitis.

Quia tua luvie dextera
Gode salubris ubere,
Hinc huius aequam calidam
Maligna nullo fraudis obfus.

E.

Tuo vocatus munere,
Ovile pastor providus,
Horreusque mercendiarum,
Sacris refecit Pascuis.

Sic omne per laudum genus
Vite trahentem tempora;
Multisque signis nobilem
Perennis excepit quies.

Te nunc Pater Cornubia;
Te vota poscunt civium;
Ut pace florentes, poli
Ad regna tecum subleves.

Praesta Beata Trinitas;
Concede simplex unitas;
Ut ipsius consortio

Jungas precantes servulos. Amen.
V. Justum deduxit Dominus per vias rectas.

R. Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Benedictus, Antiph.

O gloriose Confessor Christi Corentine, lux & decus Cornubiae, qui caelestia eligens mundi gloriam declinasti: intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

Gratia tua, quæsumus Domine, tribue largitatem: ut qui Beati Corentini Confessoris tui atque Pontificis annuam sollemnitatem recolimus, vitæ præsentis & futuræ præliis gaudeamus. Per Dominum nostrum. &c.

Deinde fit commemoratio Adventus tantum.

Intra Octavam Conceptionis, ad Primam in br. br. diei. V. *Quinatus es de Maria Virgine.*

AD TERTIAM.

Antiph. Magnus virtute.

Capit. Fratres: Memerote, ut supra 10.

R. br. Amavit eum Dominus, Et ornavit eum. Amavit. V. Stulam gloriæ induit eum. Et ornavit. Gloria Patri. Amavit.

V. Eloquitur Dominus Sacerdotem sibi.

R. Ad sacrificandum ei hostiam laudis.

A.D. SEXTAM.

Antiphona. Statuit illum Dóminus.

Capitulum. Hebr. 13.

Doctis variis & peregrinis no-
lire abduci. Optimum est enim
gratia stabilire cor, non efici, quæ non
profuerunt ambulanti in eis.

ps. br. Elégit eum Dominus * Sacer-
dótem sibi. Elégit, y. Ad Sacrifi-
candum ei hostiam laudis. Sacer-
dótem. Gloria Patri. Elégit.

γ. Tu es Sacerdos in ætérnum.

32. Secundum ordinem Melchisedech.

ADNONAM.

Antiph. Quasi Sol refūlgens.

Capitulum. Hebr. 13.

O Bedite Propositis vestris, & sub-
jacere eis. Ipsi enim pervigilant,
quasi rationem pro animabus vestris
reddituri.

Ex. br. Tu es Sacerdos *In ætérnum.

Tues. - y. Secundum ordinem Melchisedech. In æternum, Gloria Pa-

Tri. Tues.

Y. Iustum deduxit Dñs per vias
rectas.

Et ostendit illi regnum Dei.

AD II. VESPERAS.

*Antiphona. Laudemus. Cum reliquis
de Laudibus. Psalm. Dixit Dominus.
cum reliquis de Dominica; & locati-
tini, Psalm. Memento Domine David.
Capitulum; Hymnus; & Conf. ut in
primis Resp.*

Ad Magnificat, Antiphona.
Confessor Domini Corentine,
 Castantem plebem, corrobora san-
 ctâ intercessione: ut qui vitio umpon-
 dere præsumimus, Beatitudinis tuæ glo-
 ria sublevemur; & te duce, æterna
 præmia consequamur.

Oratio. Gratia tua. 21.

Deinde sunt commemorationes requir-

Simon on 13 : 600 11 12 1961

100-443887-100

MISSA.

Statuit ei Dominus. De Communi Confessoris Pontificis, prater ea que sequuntur.

Oratio.

Gratia tua, quesumus Domine, tribue largitatem: ut qui Beati Corentini Confessoris tui atque Pontificis annuam solemnitate recolimus, vite presentis & futurae praeiudici gaudeamus. Per Dominum.

Deinde sic commemoratio Adventus tantum.

Epistola. Fratres: Memento preceptorum vestrorum: cum Evangelio. Nemo lucernam accendit. De eodem Communi Confess. Pontif. Paulo ante Commune Doctorum.

Et dicitur Credo. etiam per Octavam. Offertorium Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

Secrera.

Munera, quesumus Domine, tibi dicata sanctifica: & interveniente Beato Corentino Confessore tuo atque Pontifice, in iis partem nos interveniente concede. per Dominum.

¶ Infra Octavam Conceptionis tantum. Prefatio de B. Maria: Et te in Conceptione B. Mariae.

Postcommunio.

Propterea quesumus omnipotens Deus: ut sicut divina laudamus in huius Sancti Confessoris tui atque Pontificis Corentini solemnitate magna: sic indulgentiam tuam piis eius precibus consequamur. per Dominum.

¶ In Missa Solemni Cathedralis tantum solent recitari sequentia. Septem Sanctas. Habetur in fine huius proprii.

Infra Octavam S. Corentini tam ad Horas, quam ad Missam omnia dicuntur ut in ipso die Festi, exceptis iis que assignantur propria.

DIE XIV. DECEMBRIS.

Tertia die infra Octavam Sancti
Corentini.

In primo Nocturno.

Lectiones leguntur de scriptura occu-
rente.

¶ Si vero tertia dies infr. oct. occurrat in
Fer. 4. Quatuor Temporum; legantur Le-
ctiones, *Fidelis Sermo*, de Communi Con-
fessoris Pontificis.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Maximi Episcopi.

Homil. 39. quæ est 2. de S. Eusebio
Vercellensi.

Lectio. iv.

AD Sancti ac Beatissimi Patris no-
stri Corentini, cujus hodie Festa
celebramus, laudes addidisse aliquid,
decepisse est: siquidem virtutum
eius grãtia non sermonibus exponen-
da est, sed operibus comprobanda.
Cum enim dicat scriptura divina:
Gloria Patris est Filius sapiens: quan-
tæ hujus sunt gloriæ, qui tantorum
filiõrum sapientia & devotiõne laeta-

tur?

tur: In Christo enim Jesu per Evan-
geliũ ipse nos genuit.

¶ Dilectus Deo. 12.

Lectio v.

Quidquid igitur in hac Sancta
Plebe potest esse virtutis & gra-
tiæ, de hoc quasi lucidissimo fonte
omnium rivulõrum hæc puritas ema-
navit. Etenim quia castitatis pollebat
vigore, quia abstinentiæ gloriabatur
angustiis, quia blandimentis erat præ-
ditus lenitatis, omnium civium in
Deum provocavit affectum: quia Pon-
tificis administratione fulgebat, plu-
res è discipulis reliquit sui Sacerdõ-
tij successores.

¶ Deus bonus. 13.

Lectio vi.

Bene & congruè in hac die, quam
nobis Beati Patris nostri Corenti-
ni ad paradysum transitus exultabi-
lem reddidit, præsentis psalmi versi-
culum decantavimus. In memõria æ-
terna erit justus. Dignè enim in me-
moriã venit hominũ, qui ad

F

gaudium transit Angelorum. Qui iam gratiam Christi clarificatus invenit, quia mundi gloriam non quaesivit; cavens illud quod dicit sermo divinus: Ne Laudes hominem in vita sua; tanquam si diceret; Lauda post vitam; magnifica post consummationem.
2. Fideles namque. 14.

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangelii secundum

Lucam.

LECTIO VIII. Cap. II. d.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

De Sermon. Domini in monte

lib. I. cap. 16.

Quid putamus ita esse dictum, sub modio: ut occultatio tantum lucernae accipienda sit; tanquam si diceret: Nemo accendit lucernam,

& occultat illam? An aliquid etiam modius significat, ut hoc sit ponere lucernam sub modio, superiora facere corporis commoda, quam praedicationem veritatis: ut ideo quisque veritatem non praedicet, dum timet ne aliquid in rebus corporalibus molestiae patiatur?
2. Iste Sanctus. 16.

LECTIO VIII.

ET bene modius dicitur, sive propter retributionem mensurae, quia ea quisque recipiet, quae gessit in corpore: Ut illic, inquit Apostolus, recipiat unusquisque quae gessit in corpore. Sive quoniam temporalia bona, quae corpore peraguntur, certa dierum mensura & inchoantur & transeunt, quam fortasse significat modius: aeterna vero & spiritalia nullo tali fine coercentur; non enim ad Mensuram dat Deus spiritum. Sub modio ergo lucernam ponit, quisquis lucem bonae doctrinae commodis tem-

poralibus obscurat & tegit.

xx. O gloriosum. 17.

Lectio ix.

Super candelabrum autem, qui Corpus suum ministerio Dei sub-
jicit; ut superior sit prædicatio veri-
tatis, & inferior servitus corporis;
per ipsam tamen corporis servitutem
excellenter luceat doctrina, quæ per
officia corporalia, idest, per vocem, &
linguam, & cæteros corporis motus
in bonis operibus insinuat, etiam
discipulis. Super candelabrum ergo
ponit lucernam, cum dicit Apostolus;
Non sic pugno tanquam æræm cæ-
dens, sed castigo corpus meum, ne
forte aliis prædicans ipse reprobus
inveniar.

Te Deum Laudamus.

AD MISSAM.

*Omnia dicuntur ut in die Festi cum 2.
Oratione de Conceptione, & 3. de Feria.*

¶ Si autem hac die contingat Feria 4. Qua-
tuor Temporum; Missa erit de Feria cum

colore violaceo & commemoratione Octa-
varum S. Correntini & Conceptionis, sine
Gloria in excelsis & Credo, ac dicitur præfa-
tio communis.

DIE XVI. DECEMBRIS.

*Quinta die infra Octavam Sancti
Correntini.*

In primo Nocturno.

*Leguntur Lectiones de scriptura
occurrente.*

¶ Si hæc dies incidit in Quatuor Tempora;
dicantur Lectiones; *Laudemus viros
gloriosos. Ut infra in Festo Translationis
S. Correntini.*

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

Sermon. 2. de S. Victore.

Lectio. iv.

Gaudete in Domino, dilectissimi,
qui inter continua suæ pietatis
beneficia indulget Beatû Correntinum
mundo, cujus multi salventur exem-
plo. Iterum dico gaudete, quod fa-
ctus de medio appropriavit Deo, ut

multo plures ejus intercessione sal-
ventur. In veris visus est, ut esset
exemplor in celum levatus est, ut sit
patrocinio. Hic informat ad vitam,
illuc invitat ad gloriam. Factus est me-
diator ad regnum, qui fuit incitator
ad opus. Bonus mediator, qui sibi
jam postulans nihil, totum in nos
transfere desiderat & supplicantis
affectum & supplicationis fructum.
Quid enim quarat sibi, qui nullius
 eget? *3. Dilectus Deo. 12.*

Leitio v.

Hec dies gloriosa migrationis
eius, dies lætitiæ cordis eius:
exultemus & lætemur in ea. Introivit
in potentias Domini, gaudeamus:
quia nunc potentior est ad salvandum.
Hodie Beatus Corentinus posito cor-
pore tanto alacrior, quanto expedi-
tior penetravit in Sancta, similis fa-
ctus in gloria Sanctorum. Hodie des-
pecto mundo, & mundi principe
triumphato supra mundum victor as-
cendit, accipiens de manu Domini

coronam victoriæ. Ascendit autem
cum immensa suppellectili meritorum,
clarus triumphis, mirabilis gloriosus.
Sedet veteranus Miles, debita iam
suavitate & securitate quiescit: secu-
rus quidem sibi, sed nostri sollicitus.
O venerandam triam ipsis Angelis
Sanctitatem, quam pari studio, & o-
dispari voluntate, & mali fugitant &
frequenter boni. Nec facile dixerim
quid virum astringat sanctiorem, ho-
rum favor aut pavor illorum.
3. Deus bonus 13. 14. 15.

Leitio vi.

OMnes emérito, qui Christianæ
militiæ duris laboribus Angeli-
ce sollicitudinis requiem commutasti
respice ad imbelles & imbecilles com-
militones tuos, qui inter hostiles gla-
dios & spirituales nequitiis tuis laudi-
bus occupamur. Quam pium, quam
dulce, quam suave, o Beate Corenti-
ne, in hoc loco afflictionis & in hoc
corpore moris te cernere, te colere, te
precari! Nomen tuum & memoriale

tuum, favius distillans in labiis capti-
vorum; mel & lac sub lingua eorum,
qui tui memoria delectantur. Eia er-
go fortis Athleta, dulcis Patrone,
Advocate fidelis exurge in adjuto-
rium nobis, ut & nos de nostra crep-
tione gaudemus, & tu de plena vi-
ctoria gloriaris.

ps. Fidelis namque. 14.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum

Lucam.

Lectio vii. Cap. ii. d.

IN illo tempore: Dixit Jesus Dis-
cipulis suis, Nemo lucernam ac-
cendit, & in abscondito ponit, neque
sub modio: sed supra candelabrum,
ut qui ingrediuntur, lumen videant.
Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

De Sermon Domini in monte.

lib. 2. cap. 13.

SI oculus tuus simplex fuerit, to-
tum corpus tuum lucidum erit.
Qui locus sic intelligendus est, ut no-
verimus

veritas omnia opera nostra tunc esse
munda, & placere in conspectu Dei,
si sunt simplici, id est, intentione si-
pennis sine illo charitatis, quia & pi-
etudo legis charitas. Oculum ergo
hunc accipere debemus ipsam inten-
tionem, qua facimus quicquid fac-
mus, quia si munda fuerit & recta, &
illud aspiciens quod aspiciendum est,
omnia opera nostra, quae secundum
eam operamur, necesse est bona sint:
quae omnia opera totum corpus ap-
pellavit.

ps. Ille Sanctus. 16. simul ogio I

etiam 21. Lectio. omni. 2

NON ergo quid quisque faciat,
sed quo animo faciat conside-
randum est. Hoc est enim lumen in
nobis: quia hoc nobis manifestum est,
bono animo nos facere quod facimus.
Omne enim quod manifestatur, lu-
men est: nam ipsa facta, quae ad ho-
minum societatem a nobis procedunt,
incertum habent exitum, & ideo
tenebras ea vocavit. Itaque si bono

Animo feci quod mihi, cum facerem;
 Innotum erat, & ideo lumen vocatur;
 Illuminatur etiam factum meum, qua-
 le unumq; exitum habuerit: si autem
 malo animo feci, etiam ipsum lumen
 tenebræ sunt. Lumen enim dicitur,
 quia movit quisque quo animo faciat;
 sed ipsum lumen tenebræ sunt, quia
 ad inferiora declinatur intentio.

Ps. O gloriosum. 17.

in illud quod est os meum.

qs. 2. 1. Lectio. 1x.

SI ergo lumen, quod in te est, tē-
 nebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ
 erunt: hoc est, si ipsa cordis intentio
 quæ facis quod facis, quæ tibi nota
 est, sordidatur appetitu rerum tem-
 poralium, atque cæcatur; quanto ma-
 gis ipsum factum, cuius incertus est
 exitus, sordidum & tenebrosus est:
 Quia etsi bene alicui proveniat, quod
 tu non rectè & mundè intentione fa-
 cis: quomodo tu feceris tibi imputa-
 bitur, non quomodo illi provenierit.

Te Deum Laudamus.


¶ Hymni Primæ & aliarum Horarum ter-
 minantur more consueto: & præterea ad
 Primam in. 2. br. dicitur. *¶ Qui venturus
 es in mundum.*

AD MISSAM.

*Omnia ut in die Festi cum 2. Orat. de
 Feria, 3. Deus, qui de B. Mariæ. &
 Prefatione Communi.*

¶ Si hodie occurrant Quatuor Tempora;
 Missa dicitur de Feria occurrenti cum
 colore violac, 2. Orat. de S. Corentino;
 & 3. Deus, qui de B. Mariæ. sine Gloria in
 excel. & Credo.





FESTA JANUARI.

DIE XXVII. IANUARI.

In Festo S. Iuliani Episc. & Confessoris.
Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea quæ hic habentur propria.

Oratio. Da quæsumus.

In primo Nocturno.

Lectiões leguntur de scriptura occurrente.

¶ Si verò hoc Festum celebretur in Quadragesima, legantur lectiões, *Fidelis Sermo.* de Communi Confes. Pontif.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

JULIANUS nobilis Romanus, primus Cenomanensis Episcopus, illuc à Sancto Petro prædicandi Evangelii gratiâ missus est. Cum verò ad eam urbem pervenisset, fidei scuto protectus, & Spiritus Sancti gladio armatus,

Festa Januarii.

39

eius salutem per Christum incolis nuntiavit, testatus se eius nomine advenire, ut eos ab errorum tenebris & idolorum cultu vindicatos affereret in lucem veritatis. Porro agnoscens suæ doctrinæ novitatem nonnullis scandalo esse, ab aliis in derisum haberi; civibus aquæ penuriâ laborantibus, percussâ bâculo tellure in nomine Christi, fontem ellicit aquas fundentem copiosas; qui usque in hunc diem Sancti Iuliani nomine insignis, perennibus aquis miraculi fidem apud posteros astruit. Unde ad auctus est plurimum numerus Christianorum.

¶ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum; * Manus enim mea auxiliabitur ei. *Tempore Paschali.* Alleluia.

¶ Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocēbit ei. Manus.

Lectio V.

SACRAS conciones vitæ sanctimoniam ornabat, & miraculorum ma-

gnitudine ac multitudine confirmabar : adeo ut quærentes ab illo corpoream curationem permulti, non valentes modo corporibus, sed & membris sani recederent. Sicque vel obstinatissimos quosque veluti cogebat Christianæ accedere doctrinæ, quos innatus error effecerat initio ad fidei veritatem tardiores. Cæco præ foribus aulae Defensoris Cenomanorum Principis visum crucis signo restituit. Quod ubi Princeps, qui cum ad convivium vocaverat, rescivit, statim in Christum credidit : atque à Sancto Episcopo catechizatus, ab eo, simul cum universa familia & nobilium ingenti multitudine, baptizatus est.

✠ Posui adiutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea : * Man^o enim mea auxiliabitur ei. *Tempore Paschæ. Alleluia.*

✠ Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

DE fundos vitæ homines tres fertur à morte excitasse : hosque filios, primum quidem hospitis sui, alterum vero Anastasij civis Cenomanensis, genere & opibus clari, tertium denique Ioviniani nobilis viri : qui tantis persuasivis miraculis fidem Christianam susceperunt. Elusis tandem demonis artibus, & superatâ modis omnibus antiqui illius hominû hostis superbiam, designatque sibi successore Turibio, victor abiit in cælum.

✠. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra Doctrinâ eius repleta est : * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. *Tempore Paschæ. Alleluia.*

✠. Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium, Homo pèr-

grē proficiscens. de *Communi Confessoris Pontificis*.

M I S S A

Statuit *et Dominus. de eodem Communi Confessoris Pontificis*.



PERIQUARTA

ante Cineres.

In Festo Effusionis Sanguinis ex imagine Crucifixi.

Duplex Majus.

AD VESPERAS.

Antiphona. Verē languōres. Cum reliquis de Laudibus. Psalm. Dixit Dominus. Cum reliquis de Dominica: & loco ultimi. Psalm. Laudate Dominum omnes gentes.

Capitulum. Hebr. 9.

Fratres, Christus assisēns Pontifex futurōrum bonōrum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis: neque per sanguinem hircōrum, aut vitulōrum, sed per proprium sanguinem introiit semel in Sancta, aeterna redemptione inventa.

Hymnus.

P Ange lingua prelo
Sanguinis diluvium.

H

Quo mortales maculosi,
Tersa labe sordium,
Dealbantur speciosi
Oculis celestium.

Fons prius emanavit
Virginalis uteri;
Inde rivum dilatavit,
Lacte crescens uberi:
Donec largus exundavit.

Nostro torrens generi.
Prima cultri vix nascentem
Amnem plaga solverat,
Gutta fluxit; hinc latentem
Inrus vena foverat,
Unde major erumpentem
Amor coercuerat.

Mox ut plena plenior
Aetas dedit gurgitem,
Rivum quærit latior,
Nullum passa limitem:
Unda, fundens sacrum rorem,
Mundum facit prospicere.

O Vos omnes sitientes,
Huc ad aquas currite:
Hinc haurite salientes

Recto sursum tramite;
Fontes parent effluentes,
Stillâ nec superstire.

Summo Patri, summo Nato,

Summa laus & gloria:

Ab utroque pater Spirato

Potestas, pater gratia;

Cui concentu sociato

Benedicant omnia. Amen.

V. Videbunt eum, in quem transixe-
runt.

R. Et dolébunt super eum, ut in mor-
te primogeniti.

Ad Magnificat. Antiph.

Tradidit in mortem animam suam,
& cum sceleratis reputatus est; & ip-
so peccata multorum tulit, & pro
transgressoribus rogavit.

Oratio.

D Omine Iesu Christe, qui de celis
ad terram de sinu Patris descen-
disti, & sanguinem tuum preciosum
in remissionem peccatorum nostrorum
fudisti; te humiliter deprecamur; ut
in die iudicii ad dexteram tuam audi-

re mereamur, Venite benedicti. Qui
vivi & regnas, &c.

AD MATUTINUM.

Invitatorium. Christum Regem Cru-
cifixum, * Venite adoremus.

Psalm. Venite, exultemus.

Hymnus.

Sacris mysteriis plena sunt omnia,
Nec vaticiniis ulquam inania;

Quæ verus tabula sacra per omnia
Sacra refert oracula.

Adam viraginem ut fudit dormiens,

Sic Christus virginem in cruce
moriens.

Format Ecclesiam; hinc proles exiens
Atrææ vincit copiam.

Immundam obruit vis terram flumi-
nis,

Itam cum meruit facinus hominis:

O Dei bonitas! copia sanguinis

Noxas tergit inolitâs.

Quid tot legitima tradita Patribus,

Quid facris azyrna comesta ritibus,

Quid sparsa nimis ara cruoribus
Signis adumbrat præviis?

Hæc si quod pretium pietas habuit,
Crucis diluvium hoc illi meruit;

Figuræ desinant, umbra jam vanuit,
Nos vera res illuminant.

Primo sit Domino laus pia iugiter,
Qui sine termino beat fideliter.

Quos labe criminis lavit salubriter
Sui flumine sanguinis. Amen.

In primo Nocturno.

Antiphona. Quis est iste qui venit de
Edom, tinctis vestibus de Bosra?

Psalm. Beatus vir, qui non abiit. *Cum*
reliquis ex 1. Noct. unius Martyris.

Antiph. Quare rubrum est indumen-
tum tuum, & vestimenta tua sicut cal-
cantium in torculari?

Psalm. Quare fremuerunt.

Antiph. Torcular calcavi solus, & de
gentibus non fuit vir mecum.

Psalm. Domine quid multiplicati sunt,
V. Videbunt eum, in quem transibe-
runt.

R. Et dolébunt super eum, ut 10.

morte primogeniti.

Pater noster, &c.

De Isaia Propheta.

Lectio i. Cap. 53.

Quia credidit auribus nostris, & brachium Domini cui revelatum est: Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum: Despectum, & nobilissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vulnus eius, & despectus, unde nec reputavimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit: & nos purgavimus eum quasi leprosum, & percussum a Deo & humilitatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum, & livore ejus sanati sumus. Tu autem & Gratificavit nos Deus in dilecto filio suo: * In quo habemus redemp-

tionem per sanguinem ejus in remissionem peccatorum.

¶ Ecce venit plenitudo temporis, in quo misit Deus filium suum in terris, in quo.

Lectio ii.

Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi Agnus coram tondente se obmutescit, & non aperiet os suum. De angustia & de iudicio sublatus est: generationem ejus quis enarrabit? Quia abscessus est de terra viventium: propter scelus patris mei percussus eum. Et dabit impios pro sepultura, & divites pro morte sua: eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate. ¶ Nos qui eramus aliquando longe, facti sumus prope per sanguinem Iesu

Christi: * Ipse est pax nostra, qui fecit utraque vnum.

y. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Ipse est.

Lectio. iii. Cap. 63.

Quoniam vis est iste, qui venit de Edom, tinctus vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suae. Ego qui loquor iustitiam, & propugnator ad salvandum. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum: calcavi eos in furore meo, & conculcavi eos in ira mea. & alperius est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi. Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meae venit. Circumspexi, & non erat auxiliator: quasi vi, & non fuit qui adjuvaret.

& In primogenito ex mortuis complacuit omnem plenitudinem divinitatis

causam inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum. * Pacificans sive pacificans angelis, sive quae in terris sunt. & Ipse est caput corporis Ecclesiae, in omnibus primatum tenens. Pacificans. Gloria Patri. Pacificans.

In secundo nocturno.

Antiphona. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.

Psalm. Deus Deus meus respice in me.

Psalm. Deus Deus meus respice in me.

Psalm. Deus Deus meus respice in me.

Antiph. A planta pedis usque ad verticem capitis, non est in eo sanitas.

Psalm. Cum invocarem, exaudivit me.

Psalm. Cum invocarem, exaudivit me.

Psalm. Cum invocarem, exaudivit me.

Antiph. Vulnus & livor & plaga ru-

mens non est circumligata, nec curata

medicamine, neque foras oleo.

Psalm. Verba mea auribus percipe.

y. Vere languores nostros ipse tulit.

y. Et dolores nostros ipse portavit.

Pater noster. &c.

Hodiernæ celebritati causam dedit insigne miraculum, quod aliàs in Ecclesia Corisopitensi contigisse traditur. Civis quidam vir honestus, ac prædices, cum professione in terra sancta esset suscepturus, alteri sibi amico familiæ suæ curæ, eique plurimū fidens suarum facultatum administrationem, nullo vel admissio arbitro, concedidit: qui pluribus deinceps annis in peregrinatione transactis, domum tandem reversus, cum ab amico depositum repeteret, negat ille se ab illo quicquam accepisse. Quare eo in iudicium vocato, alter, cum res testium fide, quod nullum essent, probari non posset, solemniter utriusque juramento coram Crucifixi imagine, litem dirimi postulavit.

¶ Per mortem destruxit Iesus eum, qui habebat mortis imperium: * Ut liberaret eos, qui timore mortis obnoxii erant servituti.

¶ Unde debuit per omnia fratribus similari. Ut liberaret.

Cum ergo ambo in Ecclesiam Corisopitensem convenissent, isque, rogatus ab alio, negationem perjurio confirmaret, imago ipsa Crucifixi de ligno confecta, disjunctis qui antea clavo uno simul fixi erant pedibus, tres Sanguinis guttas mirabiliter effudit. Quo miraculo rei veritate comperta, institutum fuit, ut ad perpetuam memoriam celebris de Effusione Sanguinis Festivitas quottannis Feria quarta ante Cineres ageretur. Tres autem Sanguinis guttæ cum Crucifixi imagine usque in hodiernum diem in prædicta Ecclesia religiosissime aservantur.

¶ Videmus Jesum propter mortis passionem gloria & honore coronatum: * Ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.

¶ Decēbat eum, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis

eorum per passionem consummari.
Ut grátia.

Sermo S. Bernardi Abbátis.

Tract. de Passione Domini. C. 4.

Lection. vi.

Captus est Iesus post plurimas il-
lusiones tam Iudeorum, quam
gentium, post sanguinis plures effu-
siones, clavis in manibus manibus
simul & pedibus perforatur, & con-
figitur ligno Crucis. Salvator noster
missus Iesus. Intrare & respicere
tam passionis sanguineas, quomodo
ruber in indicium ardentissime chari-
tatis. Contendunt passio & charitas, illa
ut plus ardeat, ista ut plus rubeat. Vi-
de quomodo hoc flore rose floruerit
optima vitis nostra rubicundus Iesus.
Vide totum corpus, sicubi rosa san-
guineae florem non invenias. Inspice
manum unam & alteram, & florem ro-
se non invenias in utraque. Inspice
pedem & unum & alterum: nunquid non
rosei? Inspice lateris aperturam: quia
nec illa caret rosa, quamvis ipsa sub-

theca sit propter mixturam aque: quia
sicut narrat Evangelista, cum unius mili-
tam lancea latus eius perforasset, exi-
vit Sanguis & aqua. Alpicimur in auctorem fidei con-
summatorem Iesum, qui proposito sibi
gaudio sustinuit Crucem. Et confusi-
onis contempta in gloria Dei sedet.
RecoGITare eum, qui talem sustinuit
a peccatoribus adversus semetipsum
contradictionem. Et confusione Gló-
ria Patri. Et confusione.

In tertia Nocturno.

Antiphona. Quid sunt plagae istae in me-
dio manuum tuarum?

Psalm. Cantate Domino canticum
novum. Cantate. Cum reliquis ex ter-
ra. Noct. Communis Virginum.

Antiphona. His plagatus sum in domo
eorum, qui me diligebant.

Psalm. Dominus regnavit, exultet.

Antiphona. In amaritudine sermo me-
us est; & manus plagae meae aggrava-
tae sunt super gemitum meum.

Psalm. Canticum Domino canticum novum
quia.

v. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras.

re. Attritus est propter scelera nostra. Pater noster. &c.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio VII. Cap. 19.

IN illo tempore: Sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura, dixit: Sitio. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

In Cap. 19. Joannis. Tract. 119.

UT hoc etiam consummaretur, quod scriptura prädixerat: Et in siti mea potaverunt me aceto. Sitio, inquit: tamquam si diceret: hoc minus fecistis, date quod estis. Judæi quippe ipsi erant acētum, degenerantes a vino Patriarcharum & Prophetarum: & tamquam de pleno vase, de iniquitate mundi hujus impleri, cor habentes velut spongiam cavernosis quodammodo atque tortuosis latibus fraudulentum. Hyslopum au-

tem cui circumposuerunt spongiam aceto plenam, quoniam herba est humilis, ipsius Christi humilitatem congruenter accipimus. Christi namque humilitate mundamur: quia nisi humiliasset semetipsum, factus obediens usque ad mortem Crucis; non utique Sanguis eius in peccatorum remissionem, hoc est, in nostram mundationem fuisset effusus.

re. Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire signacula ejus, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo, & In Sanguine tuo.

v. Et fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotium. In Sanguine.

Lectio VIII.

CUm ergo accepisset Iesus acētum, dixit: Consummatum est. Quid, nisi quod Prophetia tanto ante tempore prädixerat: Deinde quia nihil remanserat, quod, antequam moretetur, fieri adhuc oporteret: tamquam ille qui potestatem habebat ponendi animam suam, & iterum sumendi:

inclinato capite tradidit spiritum. quia
ita dormit. quando voluerit. sicut Je-
sus mortuus est. quando voluit. quan-
ta speranda vel nimenda potestas est
judicantis. si apparuit tanta morientis.
Et Tenebrae factae sunt. dum crucifi-
xisset Iesum Iudaei. & circa horam
nonam exclamavit Iesus voce magna.
Deus meus ut quid me dereliquisti?
* Et inclinato capite emisit spiritum.
Tunc unus ex militibus lancea latus
eius aperuit. & continuò exivit Sanguis
& aqua.

¶ Cum ergo accepisset Iesus acetum.
dixit. Consummatum est. Et inclinato
Gloria Patri. Et inclinato.

Leitio ix.

Tract. 120.

Posteaquam Dominus Iesus. quan-
do voluit. tradidit spiritum. quae
deinde secuta sunt. Evangelista narran-
te. videamus. Iudaei ergo. quoniam
parasceve erat. ut non remanerent in
Cruce corpora sabbato. [erat enim ma-
gnus dies ille sabbati.] rogaverunt
Pilatum. ut frangerentur eorum cru-
ra. &

ut non tollerentur. Non crura tolleren-
t. sed non. quibus ideo frangebantur.
ut morerentur. & auferrentur de
cruce. Moverunt ergo milites. & pri-
mus quidam eorum curam. & al-
ter. qui crucifixus est cum eo. Ad Je-
sum autem dum venissent. ut vide-
rent eum. animam mortuum. non fregit
eius crura. sed unus militum latera
eius latus ejus aperuit. & continuò exi-
vit Sanguis & aqua. Ille Sanguis factus
est in remissionem peccatorum. aqua
illa salutare temperat poculum. haec
& laudem praestat & potum. O mors.
unde mortui reviviscunt. Quid ille
Sanguis mundat. Quid vulneris illo
salubris. Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

& per Horas. Antiphona.

Vere languores nostros ipse tulit.
& dolores nostros ipse portavit.
Psalm. Dominus regnavit. Cantu-
bis de Dominum.

Antiphona. Ipse autem vulneratus est
propter iniquitates nostras; attritus est
propter scelera nostra.

Antiphona. Alligavit Dominus plagam
populi sui; & percussuram eius sanavit.

Antiphona. Omnis, qui transibit,
stupebit super plagas eius.

Antiphona. O vos omnes, qui tran-
sitis per viam, attendite & videte, si
est dolor sicut dolor meus.

Capit. Fratres, Christus assistens.

Supra. 42.

Hymnus.

Verbum supernum prodiens

Æterno Patris semine,

Mortale corpus induens.

Intacto Matris germine.

Vix auras subit luminis,

Cum statim desiderio

Fundendi preclusus sanguinis;

Legis parer imperio.

Hanc semilla fortissimi

Amoris traxit guttulam;

Quam flamma perfectissimi

Totam hauriret scatebram.

In. Cuncto pendens fontium

Laxavit retinacula;

Hoc æterne diluvium

Cuncta mundavit secula.

O. Amor, o immensitas,

Tu nostrasordes ablues;

O fontis urens largitas

Ne nos mundatos respue.

Uni. Deo singlória,

Patri, Nato, cum Flamine,

qui beandos in patria

Perenni rigat flumine. Amen.

V. Dolebunt pacis nostra super eum,

Et livore eius sanati sumus.

Ad. Benedictus, *Antiph.*

Unus militum, lancea latus Iesu ap-
rui, & continuo exiit Sanguis & aqua.

Oratio. Domine Iesu Christe.

AD TERTIAM.

Antiphona. Ipse autem.

Capit. Fratres, Christus assistens.

V. Videbunt eum, * In quem

transfixerunt. Videbunt.

V. Et dolebunt super eum, ut in morte

primogenia. In quem. Gloria Patri.
Videbunt.

v. Verè languores nostros ipse tulit.
g. Et dolores nostros ipse portavit.

A. D. SEXTAM

Antiphona. Alligavi.

Capitulum.

Hebr. 9.

SI enim sanguis taurorum & auri-
rum, & cinis vitulae aspersus, in-
quinatos sanctificat ad emundationem
carnis: quanto magis Sanguis Chris-
ti, qui per Spiritum Sanctum seme-
ipsum obruit immaculatum Deo,
emundabit conscientiam nostram ab
operibus mortuis, ad serviendum Deo
viventi.

g. br. Verè languores nostros, * Ipse
tulit. Verè.

v. Et dolores nostros ipse portavit.
Ipse tulit. Gloria Patri. Verè.

v. Ipse autem vulneratus est propter
iniquitates nostras.

g. Attritus est propter scelera nostra.

Antiphona. A. D. N. O. N. A. M.

Antiphona. O vos omnes.

Capitulum. Hebr. 9.

ET ideo novi testamenti mediator
est, ut morte intercedente, in re-
demptionem eorum pro varicationum,
quodammodo super prius testamento, re-
promissionem accipiant, qui vocati
sunt, & heredes, in Christo
Iesu Domino nostro.

Propter iniquitates nostras. Ipse autem.
v. Attritus est propter scelera nostra.
Propter.

Gloria Patri. Ipse autem.

v. Disciplina pacis vestrae super eum.
g. Et livore eius sanati sumus.

Ad Vesperas.

Antiphona. Psalmi. Capitulum, & Hym-
nus ut in Vespere.

v. Disciplina pacis vestrae super eum.
g. Et livore eius sanati sumus.

Ad Magnificat.

Antiph.

Manus mea, quae vos fecerunt, cla-

64 *Festum Effusionis.*
vis confixæ sunt: propter vos flagel-
lis cæsus sum, & spinis coronatus sum
ego Dominus.

Oratio. Domine Jesu Christe. 45.

MISSA.

Humiliavit semetipsum. De Passione
Domini: inter votivas immediate ante
Missam de S. Marci ab Adventu usque
ad Nativitat. cum colore rubeo & Epi-
stola, Fratres, Christus assistens, ex
Dominica Passionis. Et dicuntur. Glo-
ria in excelsis. Tractus post Graduale.
[Iste Alleluia. & v. Sequentis.] Cete-
ra, ac Prefatio de Cruce.



65
FE-S-TA MARTII.

DIE III. MARTII.

In Ffſſa S. Gungaloëi Abbatis.
Duplex.

*Omnia de Communi Confessoris non
Pontificis, exceptis iis qua hic
habentur propria.*

Oratio. Intercessio.

In primo Nocturno.

*Lectiones leguntur de scriptura occur-
renti. Item sequitur.*

*Si vero hoc Festum celebretur in Qua-
dragesima, legantur Lectiones Beatus vir-
tis Communi Confessoris non Pontif.*

In secundo Nocturno.

Lectione IV.

Gungaloëus seu Gungalocus in
Britannia minore Nobilissimo
genere natus, ipſis primæ ætatis in-
fanciæ cepit ardere deſiderio rerum cæ-
leſtium, mundi reſpicere illecebras, &
ſoli Deo velle vivere. Ideoque obni-

diernum diem visitur, reliquam ætatem traduxit in summa vitæ sanctimonia; quæ sanè tanta fuit, ut Ricens ejus discipulus, impetratâ ab eo aquâ benedictâ, matrem jam defunctam suscitaverit. Inter ceteras autem ipsius virgines, quas omnes in summo gradu possidebat, emittuere præsertim admiranda humilitas ac simplicitas vere columbina: ita ut perfectissima parvuli Evangelici imago extiterit. Unde nec mirum, quod meruerit & tot ac tanta patrare miracula, & Angelorum visione sæpius recreari.

¶ Amavit eum Dominus, & ornavit eum stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas Paradisi coronavit eum. *Tempore Paschali Alléluia.*

¶ Induit eum Dominus lorica fidei, & ornavit eum. Et ad portas Paradisi coronavit.

Lectio vi.

G Radlono Cornubiæ Regi plurimum charus fuit; ab eo properecâ Sancto Corentino, dum Tutor

nas ad Sanctum Martinum confectandus mitteretur, honoris causâ comes adjunctus, multisque postmodum donatus, in novi sui Monasterij commodum, largissime cumulatus. Deinde de proximo obitu ab Angelo senior factus, eam revelationem ubi clarissimis filiis intimavit, querentibus illis, quis ei futurus esset in sancto regimine successor, ex ipsiusmet Guinalum elegit in Abbatem, illumque cum grege concredito Pastorum Principi commendavit. Tum viva Sacro Sancti Sacrificii hostiâ immolatâ, communicatque cum discipulis Dominiæ pacis osculo, inter ipsorum manus Sacra assistens ara & psallens, astantibus sibi Angelicis choris, animam citra ullum doloris signum sanctissime efflavit quinto Nonas Martij; antio Christi quadringentesimo quadragésimo octavo. Ejus Sacrum corpus discipulorum ministerio honorificè sepulcrum, ob miracula, quibus micabat, e terra subinde

levatum, atque debitâ veneratione habitum est.

2. Ille homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus: & dixit ad eum, ingredi in requiem meam. Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. *Tempore Paschali.* Alleluia.
 3. Ille est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia re, Glôria patri. Quia re.

In Fexto Nobis.

Lectio sancti Evangelij secundum Mattheum.

Lectio vii. Cap. 18.

IN illo tempore. Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: quis putas maior est in regno cælorum? Et reliqua. *Hominia Sancti Joannis Chrysostomi.*

Hominia 39. in Cap. 18. Matthei.

AD vocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nili conversi fueritis, & efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in regnum cælorum. Caprosè, inquit, servamini vos, qui

vestrum maior sit, & de primatus habere egatenditis: Ego autem, si quis humilitatem se cæteris non effecerit, ipse ingressu cælesti omnino indignum assero. Recte autem ante oculos monstratione parvuli totam rem posuit, ipso aspectu eos convertens ac persuadens, ut absque simulatione aliqua humilitatem amplecerentur.

2. Ille est qui ante Deum magnas virtutes operans est, & de omni coram deo laudavit Dominum: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. *Tempore Paschali.* Alleluia.

3. Ecce homo sine querela, verus Doctor, abstines se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viii.

Parvuli autem non invidere, nec inanem expectare gloriam, nec primatus desiderare dignitatem norerunt: sed maximam hanc virtutem possident, puram dico simplicitatem & humilitatem. Non ergo fortitudine

tantum ac prudentia, sed humilitas quoque virtute & simplicitate nobis opus est; quæ si non adest, salus nostra certe claudicat. Parvuli enim nec contumeliuntur aut verberentur, afficiuntur odio: nec si laudantur aut honorantur, nulla commoventur arrogantia. Vides quomodo rursus ad præclara naturæ opera nos provocat, ut ostendat posse nos voluntatem istam nancisci: & perniciosam Manichæorum rabiem acuto concidit gladio; si enim natura per se mala est, cuius gratia philosophandi exempla inde trahitur. Sint lambi vestri præcineti, & lucenæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando revertatur a nuptiis. *Temp. Pasch. Alleluia.*
 y. Vigilate ergo: quia nescitis quæ hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Lectio ix.

Parvulum autem ætate, & quidem mea sententia valde parvulum,

qui ab omnibus esset passionibus liber, in medio statuit. Illa enim ætas omni arrogatia, omni gloriæ inanis furore, omni livoris infamia, omni contentionis cupiditate, cæterisque huiusmodi affectibus immunis est. Cumque præcipuis muniatur virtutibus, simplicitate scilicet ac humilitate, de nulla istarum superbit. Ita duplici Philosophia ornatur, nam & hæc bona possidet, & nihil sibi propter hæc arrogat. His de causis in medio parvulum statuit. Te Deum laudamus.

M I S S A.

O. Justis. *De Communi Abbatum, in mediate ante Commune Virginum, cum Evangelio.* Accesserunt discipuli, ut in Festo S. Michaelis Archang. die 29. Septembris.

DIE XII. MARTII.

In Festis. *Pauli Episcopi & Confessoris*
Semi-duplex.

Omnia de Communione Confessoris Pontificis, præter Lectiones secundi

Nocturni.

Oratio. Exaudi, quæsumus.
Lectiones primi Nocturni. Fidelis Iero-

mo.

In secundo Nocturno.

Lectione IV.

PAULUS cognomento Aurelianus, in maiori Britannia natus, ab incunte ætate Ecclesiastica disciplinæ deditus, Beato Eldrico Sancti Germani Antissiodorensis discipulo erudiendus traditur. Qui cum annum decimum ætatis attingisset, in solitudinem secessit, ubi assidue orationi & diuinæ legis contemplationi vacabat. Presbyter factus Sacro-sanctum Missæ Sacrificium quotidie maxima cum devotione & reverentia celebrabat. Duodecim

alios sacerdotes probos & pios viros adhibuit socios, quibuscum admirabili sanctitate vixit, Ieiunium admodum, ut panem tantum hordeæ, & aquam solum sumeret, sitim aqua pura exstingeret, sapissime absque cibo & potu triiduum abstineret.

Inveni David. 39.

In 39a. Lectione. v.

PAULUS autem sanctitatis & miraculorum fama pervolante, in aulam Regis Britannia accitus, cum in fide Catholica, una cum maiori parte nobilium, ac postea omnem terræ populum erudit. Deinde ad alios, in somnis ab Angelo, in minoribus Britanniam verbi Dei prædicantem, gratia traiecit. Quo in itinere, cum ad sororem suam, virginem ab infantia Deo dicatam accessisset, mare, quod continuis procellis & fluctibus Monasterium eius ageretur, ad triginta millia passuum præcibus retrocedere iussit, eoque amplius devenire prohibuit. Demum in Insulam Uxantiam age-

palis in America: quo in loco edificato sibi & duodecim sociis oratorio; infideles verbo veritatis & miraculorum vi divina inspirante gratia in fide Catholica brevi edoctos; Sacro Baptismate regeneravit.

g. Posui adiutorium. 40.

Lectio. vi.

DEinde corius populi acclamatione ad Episcopale munus invitatus assumitur; agente precipue Childebito Francorum Rege; cuius sollicitatione à Iuduválo Inferioris Armoricæ Rege duas urbes accepit; Agnensem videlicet, & Léonensem in qua Sedem Episcopalem posuit. In ipso autem die consecrationis suæ cæcum illuminavit, quo pæmorus miraculo dives quidam nobilis, amplum patrimonium Sancto Pontifici concessit. Gregi suo assidue invigilabat diocesim crebro visitans, Ecclesias passim ædificabat, & omnes suis cohortationibus ad pietatem inflammabat. Tandem senio confectus, cum extremum

in diebus Angelicæ revelatione præmonitus, feliciter migravit ad Christum sequenti Idus Martii, annum agens secundum supra centesimum.

g. Misere est qui ante Deum. 41.

In tertio Nocturno.

Homiliam Evangelium. Vigilate, quia nescitis diem.

MISSA.

Sacerdotes vii. Del eodem. Communio.

Confessores Pontifices.





FESTA APRILIS.

DIE XVI. APRILIS.

*In Festo S. Paterni Episcopi & Confess.
Semiduplex.*

*Omnia de Communi Confessoris Ponti-
fici; præter ea quæ hic habentur
propria.*

Oratio. Da quæsumus.

In primo Nocturno.

*Lectioes leguntur de scriptura occur-
rente.*

*¶ Si hoc Festum celebretur in Quadra-
gesima, dicantur Lectioes. Fidelis sermo de
Communi Confess. Pontif.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Paternus in minori Britannia lo-
co nobili natus, cum adhuc puer
accepisset à matre, quod pater è voto
continentiæ, quo se se ambo propter
Christum inde ab ipsius ortu obstrin-
xerant, in Hibernia cælestibus rebus

inter cælestia non proposita concitatus
ad imitationem paternæ viri-
tutis, non ita, utique non multo post
Monachus quibusdam comitantibus,
in Ierosolam. Britannicam verbi Dei
predicanda gratia trajecit; ibique ab
his, quamquam omnibus inferior ara-
tus, in dedicato Monasterio confertus
Abbas, incolas sacro Evangelii
pabulo refecit. Inde in Hiberniam
salutandæ parentis causâ proficiscitur;
ubi animo in paternæ religionis con-
templatione defixio aliquandiu com-
moratus, pacis dumtaxat illius regio-
nis Regulorum dissidiis, ad fratres in
Britanniam regressus est. Ibi clarus
opere doctrinæque delectatis per di-
versâ loca Monasteriis & Ecclesiis,
Samsonem & Minonochum duces vi-
ris piis ad serviendum Deo congrega-
tis præfecit.

¶ Inveni David servum meum. 39.

Lectio V.

In Ecce Sanctus David, in Rhosina
valle Deo servions, cælestis admo-

accurrunt; accitis Paterno & Turiano comitibus; Hierosolymam petere; & qua à Deo fuerint praecepta; studiose exequi. Quibus celeriter conquestis; dictoque audientibus; in suscepta peregrinatione; omnium populorum linguas; quater faciebant; & intelligebant & sonabant. Eos; postquam multorum dierum emensi viam appulerunt; per humaniter exceptos Hierosolymitanos Antistes; divino secundum quierem commonefactus oraculo; & praedicationis onere & Episcopatus honore dignatus; Paternum insuper eburneo baculo; tunicaque inconsutilli; quâ ipse in tremendo mysterio utebatur; liberaliter muneratus; benignè dimisit. Ipsi in Britanniam itinere prospero reversi; doctrinam Evangelicam; Deo aspirante; longè lateque disseminarunt propagarunt. Quorū id temporis ex Britannia subjugata redeūti; cum respondissent per legatos Armoricis; ultra se; rediitō receptoque Paterno; in deditiōnem

consensu concessuros; multum extemplo; quæ acceptum villine; in patriam redirerent. Advocanti Clerus; Proceres; populusque Venerentis; procul obuiam progressi; causa certatim acclamatione exceptum; atque honorificentissime in urbem deductum; in Episcopali Sede unanimiter collocarunt. Ubi ipse Regiam in urbis sinu recipiens exaltatam; in Ecclesia modum deinceps convertam; in honorem Principis Apostolorum Deo dedicavit. (Polum ad iutorium) 40.

Libro VI.

Idem aliquot post annis apud Sanctum Samsonem Metropolitanum; Iustitaneos de more visitantem; in suspicionem inobedientiae calumniose vocatus; cum urgente calumniatoris astu; præcisâ omnis moræ exceptione; se Praesuli sistere juberetur; seminudis pedibus; alterâ scilicet duntaxat tibiâ decoratus; ad profectus est. Obirectatore autem; ejus accitus dolo fuerat; in risum quidem; atque adeo derisum;


petulenter effuso, & mox ab interitu
peris, quibus a demone deropente
corruptus exagitabatur, Sancti Viri
præcipue mirabiliter vindicato, mani-
festissimum clementie simul & obedi-
entiae testimonium consecutus est a
Deo. Ad extremum, cum ad indi-
cam solèmnem Provinciarum Episco-
porum decreto Synodum, Calendis
Novembris convenisset, nec se præ-
sente adversarios male dicendi mo-
dum facturos animadverteret, relicta
Armorica, in Galliam interiorem se-
cessit, immòdicam eorum procacitate
compulsus. Ubi aliquandiu sanctissime
versatus, sumpto Eucharistiae Sacra-
mento, manibusque caelo extensis,
decimo sexto Calendis Maii, plurimis
claris miraculis ingravavit ad Domi-
num, circa annum Christi quingen-
tesimum nonagesimum. Eius inde
Reliquia Venerum translata, diu ibi
in Ecclesia sui nominis quieverunt.
Iste est qui ante Deum. 41.

In ter-

Interio. Nocturno.
Homilia in Evangelium, Homo peca-
toris. De Communi Confess.
Joris Pontificis.

M I S S A.

Secutus est Dominus. De eodem Com-
muni Confess. Pontificis.



N



FESTA MAIL
DOMINICA PRIMA
intra Mensem.

In Feflo Translationis S. CORENTINI
Duplex 2. Classis.

AD VESPERAS.

Antiphona. Beate Christi Confessor
Corentine. cum reliquis Antipho-
nis & Psalmis de altero Feflo, die 12.
Decembris, pag. 1.

Capitulum. Hebr. 13.

Fratres: Mementote propofitio-
rum veftrorum, qui vobis locuti
sunt verbum Dei; quorum intuentes
exitum conversationis, imitamini
fidem.

Hymnus.

PAnge folemnes pia turba cantus
Hac die, cunctis tibi sanctiori,
Quæ Corentini recolit perennes

Fefla Mail.

Fefla triumphos.

Clus amantem renouata virga
Graviter hebrae potior potestas:
Profla dum cellus baculo fcarentes
Amic. Petulit undas,
Carne dum piscis, redit integrata
In cibum se fe toties daturus;
Equales fructu quorins suadet
Prandia mcale.

Quis dapes patens, vigilesque noctes,
Quis gregis curam valeat referre
Inclitum gemmis ubi sacra preflit
Anfilla frontem?
Celicum confors, patriæque vindex,
Præful & noflra deus omne gentis,
Adiis, & leri precibus ferena
Numinis iras.

Noflra te fummu celebrant Parentem
Ora, te fummo genitum Parente:
Pat fir amborum tibi laus per omne
Opitus ævum. Amen.
y. Ora pro nobis Beate Corentine,
alleluia.
x. Vt digni efficiamur promiffionibus
Christi, alleluia.

Ad Magnificat. Antiph.
Iste Dei Confessor Corentinus, gloriosam vitam gerens in terris, speculum bonorum operum nobis factus est. Ideo cum Christo gloriosus regnat in cælis, alleluia.

Oratio.

Deus, qui populo tuo æternæ salutis Beatum Corentinum ministrum tribuisti, præsta quæsumus: ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum.

Finis Hymnorum Completorii & Horarum:
Gloria tibi Domine, Qui surrexisti, vel
infra Officiam Ascensionis: Gloria tibi Domine, Qui scandis.

AD MATUTINUM.

Invitatorium Regem Regum adoramus Dominum, * Qui sibi gratiud Sanctum elegit Corentinum, alleluia.
Psalmus. Venite, exultemus.

Hymnus.

Iste Confessor Domini sacratus,

Festa plæbe cuius celebrat per orbem,
Hodie letus meruit supremos

Laudis honores:

Qui pius, Ispiciens, humilis, pudicus,
sobrius, castus fuit, & quietus: &c.
cum Psalmis nocturnorum de Communi Confessoris Pontificis.

In primo Nocturno.

Antiph. Beatus iste Sanctus in vita sua
suffulxit domum, & in diebus suis
corroboravit templum, alleluia.

Psalmi. Beatus vir. Quare fremuerunt,
Domine, quid multiplicasti

Amavit enim Dominus, & ornavit
eum, alleluia.

Stolam gloriæ induit eum, alleluia.
Pater noster: &c.

De Libro Ecclesiastici.

Lectio 1. Cap. 44.

Laudemus Viros gloriosos, & Patres nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua a sæculo. Dominantes in potestatibus suis, Homines magni virtute, & prudentia sua præditi,

punctantes in prophetis dignitatem prophetarum, & imperantes in presenti populo, & virtute prudentie populis sanctissima verba. In peritia sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum.

ps. Ad Laudem. 8.

LECTIO II.

Homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes, pacificantes in domibus suis. Omnes isti in generationibus gentis sue gloriam adepti sunt, & in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum, & sunt, quorum non est memoria; perierunt quasi qui non fuerint; & nati sunt, quasi non nati, & filii ipsorum cum ipsis.

ps. Ecce viri prudentes. 8.

LECTIO III.

Sed illi Viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, & in

testamentis sicut semen eorum, & filii eorum propter illos usque in aeternum in aeternum. Semen eorum, & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem. Sapientiam ipsorum facient populi, & laudem eorum multiplicet Ecclesia.

ps. Ecce vere Israelita. 9.

In secundo Nocturno.

Antiphona. Intra septem Sanctos, venit clarissimus Solis radius, emittit Cornubia Coelestius, Alleluia.

Psalm. Cum invocarem. Verba mea auribus. Domine Dominus noster.

v. Elegit cum Dominus Sacerdotem sibi, Alleluia.

ps. Ad sacrificandum ei hostiam laudis, Alleluia.

Pater noster. &c.

LECTIO IV.

Quo tempore, favientibus bellicum tumultibus, Normanni suos fines egredi, in vicinas circum

provincias irruipientes, sacra omnia profanaque devastabant: Armónica, ut Sanctorum Reliquias, quas apud se plurimas asservabant, ab hostium furore vindicarent, eas in diversa Galliarum loca transtulerunt, rati se, rebus postmodum compositis, eas facile recuperaturos. Cornubienses itaque Sacrum Beati Corentini Patroni sui Corpus Turonas ad Basilicam Sancti Martini, à quo olim creatus fuerat Episcopus; inde vero ad majus Monasterium ejusdem Sancti Martini, extra urbem deportarunt, ubi multis hactenus miraculis insigne, summa in veneratione habetur.

Deo. Dilectus Deo. 11.

Lectio v.

NAm cum aliquando milites impetu facto prædictum Monasterium invasissent, vinumque in ampliori dolio reconditum facto jam foramine exhaurirent, Beati Corentini ope sic à cepto revocati sunt. Cum enim Monachi illatis ante plurimis sacris Reliquiis,

Rebique vini hauriam arcere minime valuissent, advecta demum Sancti Corentini capsâ, repente vinum fluere coepit. Quo portento milites exterriti, mutato consilio recesserunt.

Deus bonus. 13.

Lectia vi.

Sed nec omittendum illud est miraculum, quod Alano, nobili Cornugalliarum Comiti, Beati Corentini meritis dicitur obtigisse. Is enim cum oculis graviter laboraret, Tuderna eius uxor, relicta medicorum opera, quam frustra sæpius tentaverat, statuit pro mariti valetudine Ecclesiam Sanctissimi Pontificis supplici devotione adire. Laudat uxoris consilium Comes, unaque ambo voto facto, ad prædictam Ecclesiam se conferunt. Cui facta bonorum suorum largitione, Deique auxilio Beati Corentini meritis implorato, sospes Alanus domum regressus est. Denique anno millesimo sexcentesimo quadagesimo tertio, Brachium dextrum Sancti Corentini

a maiori Monasterio ad Ecclesiam Co-
risopitensem relatum, & in aditu Cho-
ri præfate Ecclesie infra Crucifixi effi-
giem, decenter collocatum, ibidem
hactenus summa veneratione colitur.
p. Fidelis namque. 14.

In Tertio Nocturno.

Antiphona. Sancti Corentini vita fuit
sancta, mors pretiosa, corona nunc
est in caelis gloriosa, alleluia.

Psalm. Domine, quis habitabit, Do-
mine in virtute. Domini est terra.

v. Tu es Sacerdos in ætænum, alle-
luia.

p. Secundum ordinem Melchisedech,
alleluia.

Pater noster, &c.

Lectio sancti Evangelii secundum
Lucam.

Lectio vii. Cap. ii.

IN illo tempore. Dixit Iesus disci-
pulis suis: Nemo lucernam accen-
dit, & in abscondito ponit, neque sub
módio: sed supra candelabrum, ut qui

ingrediuntur, lumen videant. Et
cetera.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri.

Comment. in Luc. Cap. 30.

DE seipso Dominus hæc loquitur,
ostendens, etsi supra dixerit,
nullum generationi nequam, nisi sig-
num, longè dandum, nequaquam ta-
men lucis suæ claritatem fidelibus oc-
cultandam. Ipse quippe lucernam ac-
cendit, qui testam humanæ na-
turæ flammâ suæ divinitatis implevit.
Quam profecto lucernam, nec creden-
tibus abscondere, nec módio suppo-
nere, hoc est, sub mensura legis in-
cludere, vel intra unius Iudææ gentis
terminos voluit conhibere: sed supra
candelabrum, inquit, ut qui ingredi-
untur, lumen videant.
p. Ille Sanctus. 16.

Lectio viii.

Candelabrum Ecclesiam dicit, cui
lucernam superposuit: quia nos-
tris in fidei fidem suæ incarnati-
onis affuit, ut qui Ecclesiam fideliter

ingredi voluerint, lumen veritatis palam queant intueri. Quā sententiā Iudæorum quoq; proceres condemnat, qui signa quærentes exterius, apertam lucis januam noluerint intrare credendo. Denique præcipit, ne opera tantummodo, sed & cogitationes, & ipsas etiam cordis intentiones munda- re & castigare meminerint.

¶ O Gloriosum. 17.

¶ Quando hoc Festum, transfertur, & non habetur nona Lectio: dicatur sequens.

Lectio. ix.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Corpus quippe dicit opera, quæ palam cunctis apparent: oculū verò, ipsam mentis intentionem, quā operatur, & de cuius merito eadem opera, lucis an tenebrarum sint opera, discernantur; sicut ipse consequenter exposuit dicens; Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.

Si, inquit, pura rectæque intentione, quæ potes, agere bona studueris, lucis profecto sunt opera quæ facis, etiam si coram hominibus imperfecti- onis aliquid habere videantur; quoniam diligenter Deum omnia cooperantur in bonum. Si autem perversa est intentio quæ præcedit, prævum est omne opus quod sequitur, quamvis rectum esse videatur. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint: hoc est, ne ipsa cordis intentio, quæ lumen est animæ, vitiorum caligine fuscetur, sedula discretionē perpende. Te Deum laudamus.

AD LAUDES.

& per Horas. *Antiphona.*

LAudemus Virum gloriosum, & Patrem nostrum in generatione suā, alleluia.

Psalm. Dominus regnavit. cum reliquis de Dominica.

Antiph. Magnus virtute, & prudentia præditus, gloriā adeptus est in ge-

nerationibus gentis suae, alleluia.

Antiph. Statuit illum Dominus Principem Sanctorum gentis suae, ut daret sapientiam in cor nostrum, alleluia.

Antiph. Benedicens benedixit ei, & testamentum suum confirmavit super caput ejus, alleluia.

Antiph. Quasi sol refulgens, sic ille refulsit in templo Dei, alleluia.

Capitulum. Hebr. 13.

Fratres: Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem.

Hymnus.

Rex Christe, splendor Praesulum
Gregi tuo quos praeficis,
Attende quod dæ canticum
Festiva lux Antiquis.

Quem tua livit dextera
Cornu salutis ubere,
Huc hostis usquam callidi
Maligna nil fraudis obscur.
Tuo vocatus manere,

Ovile Pastor providus,
Horrensque mercenarium,
Sacro refecit pabulo.

Sic omne per laudum genus
Vitz trahentem tempora,
Multisque signis nobilem
Perennis excepit quies.

Te nunc Pater Cornubia,
Te vota poscunt civium,
Ut pace florentes, poli
Ad regna tecum subleves.

Presta beata Trinitas,
Concede simplex Unitas:
Ut ipsius consortio
Jungas precantes servulos. Amen.

¶ Iustum deduxit Dominus per vias
rectas, alleluia.
¶ Et ostendit illi regnum Dei, alleluia.

Ad Benedictus. Antiphona.

O Glorioso Confessor Christi Co-
rentine, lux & decus Cornubia,
qui caelestia eligens mundi gloriam
declinasti, intercede pro nobis ad
Deum, qui te elegit, alleluia.

Oratio. Deus, qui populo tuo. 88.

† Ad Primam in 3a. br. dicitur. *Qui sur-
rexisti a mortuis.* vel infra Octavam Ascen-
sionis. *Y. Qui scandis super sidera.*

AD TERTIAM.

Antiph. Magnus virtute.

Capitulum. Fratres: Memento re. ut su-
pra. 96.

3a. br. Amavit eum Dominus, & or-
navit eum, * Alleluia, alleluia. Ama-
vit.

Y. Stola gloria induit eum. Alleluia,
alleluia. Gloria Patri. Amavit.

Y. Elegit eum Dominus Sacerdotem
sibi, alleluia.

3a. Ad sacrificandum ei hostiam lau-
dis, alleluia.

AD SEXTAM.

Antiph. Statuit illum Dominus.

Capitulum. Hebr. 13.

Docueris variis & peregrinis nosse
abduci. Optimum est enim gratia
stabilire cor, non escis, quæ non pro-
fuerunt

ambulantiibus in eis.

3a. br. Elegit eum Dominus Sacerdo-
tem sibi, * Alleluia, alleluia. Elegit.

Y. Ad sacrificandum ei hostiam laudis.
Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Elegit.

Y. Tu es Sacerdos in æternum, alleluia.

3a. Secundum ordinem Melchisedech,
alleluia.

AD NONAM.

Antiphona. Quasi Soli resurgens.

Capitulum. Hebr. 13.

Obedite prepositis vestris, & sub-
iacete eis. Ipsi enim pervigilant,
quasi rationem pro animabus vestris
reddaturi.

3a. br. Tu es Sacerdos in æternum, *
Alleluia, alleluia. Tu es. Y. Secun-
dum ordinem Melchisedech. Alleluia,

alleluia. Gloria Patri. Tu es.

Y. Justum deduxit Dominus per vias
rectas, alleluia.

3a. Et ostendit illi regnum Dei, alle-
luia.

AD VESPERAS.

Antiph. Laudemus Virum gloriosum.

cum reliquis de Laudibus.

Psalm. Dixit Dominus, cum reliquis de Dominica. & Ioca ultimi, *Psalm.* Memento Domine David.

Capitulum. Hymnus, & V. ut supra in primis. *Vesperis.* 84.

Ad Magnificat. Antiphona.

Confessor Domini Corentine, astan-tem plebem corrobora laeta inter-cessione: ut qui vitiorum pondere premimur, Beatitudinis tuae gloria subleuemur; & te duce, aeterna praemia consequamur., alleluia.

Onatio. Deus, qui populo tuo. *ut infra.*

M I S S A.

Statuit ei Dominus. de Communi Con-
fessoris Pontificis, praeter ea quae sequun-
tur.

¶ In fine Introitus, Statuit, ante Psalmum, adduntur duo: Alleluia.

Oratio.

Deus, qui populo tuo aeterna salu-
tis Beatum Corentinum minis-

trum tribuisti, presta quascumque: ut quem Doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dominum.

Epistola. Fratres. Mementote. cum Evangelio. Nemo lucernam accendit, de eodem Communi Confess. Pontific. paula ante Commune Doctorum.

¶ In fine Epistolae (loco Gradualis) dicitur. Alleluia, alleluia, &c. ut in Praefata Missa, Statuit. notatur pro Tempore Paschali.

Post Evangelium dicitur Credo.

Offertorium. Veritas mea, & miseri-
cordia mea cum ipso & in nomine
meo exaltabitur cornu ejus, alleluia.

Secreta.

Munera, quascumque Domine tibi
dicata sanctifica: & interuenire
Beato Corentino Confessore tuo, at-
que Pontifice, in his partem nos inve-
nire concede. Per Dominum.

Praefatio Paschalis. vel infra Octavam
Ascensionis. *Praefatio.* & *Communican-
tes.* de Aspersione.

¶ Communioni, Fidelis, additur cum Alleluia.

Praesta quæsumus omnipotens Deus: ut sicut divina laudamus in huius Sancti Confessoris tui atq; Pontificis Corentini translatione magnalia sic indulgentiam tuam piis eius precibus consequamur. Per Dominum.

DIE I. MAII.

*In Festo S. Brioci Episcopi & Confessoris.
Semiduplex.*

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, exceptis iis quæ hic sunt propria.

Oratio. Da quæsumus.

In primo Nocturno.

Lectiones leguntur de scriptura occurrente.

¶ Quando Lectiones primi Nocturni, defectu Scripturæ occurrentis, legendæ erunt de Comuni; legantur Lectiones, *Fidelis sermo.*

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Briocus patriâ Anglus, ex parentibus genere claris, sed infideli-

bis, in Provincia Corriticianâ duxit originem. Hujus grâvida mater ab Angelo futuram prolis sanctitatem admonita fuit, iussaque maritum à vana idolorum religione pro viribus deterrere. Quibus cum ille non crederet, nocte subinde tertiâ ab eodem Angelo infidelitatis secundum quietem insinulatus, ut primum dies illuxit, idola sua comminuit, dimidiâque bonorum suorum partem pauperibus erogavit. Natus inde infans, cælesti prænuccio Briocus nominatur. Cum autem pueritiam attigisset, accepti mandati non immemor mater, patre primum reluctante, Briocum ad Sanctum Germanum Parisiensis Civitatis Antistitem transmittit erudientem. Cujus limina cum jam propius puer urgeret, accurrens divino monitu Germanus, eiusque in amplexum rucns, colymbam eius capiti vidit insidentem. Dici verò vix potest, quam brevi tempore bonas artes, quæ laboria improbitate, quæ ingeniî bonitate,

adeptus fuit. Ejus charitatis illud insigne exemplum est, quod quibusdam leprosis, eleemosynam aliquando postulātibz, urnam largitus est aquarum: cujus rei cum argueretur, ac Germani vereretur offensionem, oratione ad Deum cum lacrymis effusa, pretiosorem recuperavit, celitus administratam.

8. Inveni David servum meum. 39.

Lectio v.

CArnem asiduis jejuniis, demonem crebris orationibus, strenuus Christi miles debellabat. Juvenem quendam, tetrica spiritus impuri imagine perterrefactum, metu omni liberavit. Annos agentem obeundo Sacerdotio maturos, dum ordinaret Germanus, resummo templi tholocolumnarum ignea Bracci cervici instare visa est. Inde intimo sapientiae lumine & inuigato charitatis fervore inflammatus, patrios ad lares cum uno comite contendit, parentes suos, patriamque a gentilitatis errore ad fidem

Christi conversurus. Quod dum cogitat, nautas in litore adversa tempestate septem abhinc retro diebus remoratos invenit, quibus opportunam morastinum tranquillitatem praedixit. Altera itaque die solvit navis vento secundo & tranquillo mari: verum ecce delphines eam circumstant, fluctus excitant, & exiliunt quasi nautas voraturi. Tum pallere omnes, unus omnium Briceus alios impertectus confirmat, & precibus suis catervam immanem avertit. Fruuntur tandem optato litore, ex quo ipse una cum comite latus paternam domum pervenit: ibique nata occasione, alteri fracti fore femoris usum momento restituit, alteri in furorem acto sospitalem.

9. Posui adiutorium 40.

Lectio vi.

His ita peractis, septiduanoque indulto jejunio, parentes suos, totamque patriam praemissa fidei doctrina, ad Baptismum feliciter perduxit, & Ecclesias edificavit. Evangelii

porro propagatâ grâtiâ, in crenâ ip-
 se cum sociis secedit, diu noctuque
 Dômino serviturus. Ibi cum homin-
 vultu terrifico, verbisque & clamorib;
 importunis, non semel aggreditur,
 quem tamen ipse despicit, & a se lu-
 que procul amandat. Cum, urgente
 nonnunquam universam Provinciam
 fame, annonam frumentariam egens
 liberaliter impendisset, eius charitatem
 Dôminus uberiore compensavit. Hinc
 Angelico monitu in Armoricam con-
 cessit, centum sexaginta octo Monachis
 comitatus, obstitente licet diabolo, na-
 vimque in medio cursu remorari vo-
 lente. Urâ gram tenuerunt, locum
 Monasterio sortuntur, quod brevi
 fratrum plurimq; Armoriconum ope-
 ra confargit & perficitur. Iterum in
 patriam revocatus, âerem purgat in-
 genti peste corruptum, & ad suos re-
 versus: in eam transit. Armoricâ pla-
 gam, quæ nunc Briocensis, appellatur.
 Eo in loco, Comitum, Riguali, libeta-
 litate, Oratorium primum, deinde ita
 ipsiusmet

Episcopus, in eodem Monasterio ordi-
 natus. Floruit ibi Briocensis dignitate
 Episcopus, floruit miraculis & infigi-
 bus pierare. Itaque post nonagesimum
 huius ætatis annum, sacris Ecclesiæ sym-
 bolis præmunitus, migravit ad Domi-
 num, plurimis etiam post mortem
 gloriæ insigniis illustratus.

Antiphona. Ille est qui ante Deum. 41.

In festo Nocturno.

Homilia in Evangelium. Homo per-
 ceptorificatus, de Communi Confesso-
 rum Pontificis.

M I S S A.

*In festo ei Dôminus. De eodem Com-
 muni Confessoris Pontificis.*

DIE IX. MAII.

In Festo S. Tadini Abbatis.

Semiduplex.

*Omnia de Communi Confessoris non Pon-
 tificis, præter ea quæ hic assignantur pro
 propria.*

Oratio.

Intercessio.

*In primo Nocturno.**Leguntur Lectiones de scriptura occurrente.*

¶ Si contingat Lectiones primi Nocturni esse sumendas de Communi, dicantur Lectiones, *Beatus vir.*

In secundo Nocturno.

Lectiones. Beati Tudini dies, cuius Festivitatem celebramus, ad ipsius recte factorum enarrationem linguam nostram evocavit: si quidem Beatus iste Sanctus. &c. *de Communi Confessoris non Pontificis.*

¶ In Ecclesia propria dicitur Si quidem hodie Beatus iste Sanctus. nisi transferri contingat.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium. Ecce nos reliquimus omnia. *de Communi Apostolorum.*

M I S S A.

Os Iusti. de Communi Abbatum, im-
mediatè ante Commune Virginum.

DIE XV. MAII.

In Festo S. Primaëlis Eremitæ & Confessoris.
Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, præter Lectiones primi Nocturni.

Oratio.

Adesto.

In primo Nocturno.

Lectiones leguntur de scriptura occurrente.

¶ Quando contingit Lectiones primi Nocturni esse legendas de Communi, dicantur Lectiones, *Beatus vir.*

In secundo Nocturno.

Lectiones. Desideretur iusti simplicitas.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium. Nolite timere pusillus grex.

M I S S A.

Iustus ut palma. de eadem Communi
Confessoris non Pontificis.

DIE XIX. MAII.

In Festo S. Iuonis Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pon-
tificis, præter ea quæ sequuntur.

Oratio.

DEus, qui Beatum Ivonem Con-
fessorem tuum piis operibus &
signis, & virtutibus in Ecclesia tua
clarare fecisti, presta quæsumus: ut
ejus meritis & precibus, tua benefi-
cia capiamus. Per Dominum.

In primo Nocturno.

Lectioes de scriptura occurrente.

¶ Si contingat legendas esse Lectiones pri-
mi Nocturni de Communi, dicantur Lectio-
nes, Iustus si morietur.

In secundo Nocturno.

Lectio. iv.

IVO Trecorensis Presbyter, nobili-
bus parentibus natus, Lutetie pri-
mum literas didicit. Inde Aurelianum
venit; ubi, cum Theologiae & iuri

Pandificationem daret; vino & lau-
tionibus, cibis, atque adeo omnibus
voluptatibus abstinuit; corpus varijs
modis affligens, ut in lubrico illo
adulescentie decursu, castam Deo
mentem servaret. Inde ab Archidia-
cono Rhedonensi accitus, ius pro eo
in suo foro dixit. Quo in munere cum
versaretur integerrime, sententiam
non sine lacrymis ferbat, omnique
studio dissiduum animos inter se
conciliabat. Postea ab Episcopo Tre-
corensi Ecclesiasticae Curie iudex in-
stitutus est. Sed eo munere aliquandiu
cum summa laude perfunctus, cum
eius divinitatem contemplationi li-
berius vacare cuperet, sponte se ab-
dicavit, & ad regendam parochialem
Ecclesiam Lohanetum se recepit.
p. Honestum fecit. 66.

Lectio. v.

IBI Princeps victu usus est tenui
admodum & austero, veste vili,
interiore culcitra ad carnem perpetuo
indatus. Somni capiendi parcissimus.

cum esset, vel nuda humo cubabat, vel in stratis humi stipitibus, bibliorum cōdice vel saxo capiti instar pulvini supposito. Média nocte ad officium Ecclesiasticum surgēbat: sanctam Missam quotidie, nisi gravissimis negotiis aut necessitate præpeditus, celebrabat. Quod cum summa animi puritate & fervore spiritus faceret; quodam die, dum sacrosāctam hostiam in sublime adorandam tollit, globus igneus eam cum splendore admirabili undique ambire visus est. Orationi verò & contemplationi tantopere deditus fuit, ut ejus causa nonnunquam cibi & potus oblivisceretur; itaque aliquando etiam intra cubiculum abditus, totam hebdomadam in oratione perseveravit.

Æ. Amavit eum. 68.

Lectio VI.

INsigni fuit erga pauperes liberalitate; erga peregrinos hospitalitate; erga ægrōtos misericordia, omnibus cum summa animi alacritate inservi-

ens. Pupillis & viduis laborantibus etiam opera & patrocinio suo aderat, eorumque causas apud iudices passim agitabat. Verbum Dei assidue non solum in Ecclesia sua, sed etiam per circumjacentes parochias predicabat. Quo cum aliquando pergeret, pontemque, quo flumen trajicere solitus erat, aquis opertum offendisset, facto signo Crucis de via cesserunt aquæ, & cum transisset, sponte in locum refluere. Anno, tandem millesimo trecentesimo tertio, ætatis vero sue quinquagesimo, pius laboribus confectus, cum obitus sui diem prædixisset, sacra unctione delibutus quarto decimo Calendas Junii sancte in Domino obdormivit; sepultusque in Ecclesia Trecorensi. Anno autem millesimo trecentesimo quadragésimo septimo à Clemente sexto Avenione in Sanctorum numerum relatus est.

Æ. Iste homo perfecit. 70.

Lectio sancti Evangelii secundum
Lucam.

Lectio VII. Cap. 12.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis. Sint lumbi vestri præcingi, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Et reliqua.

Homilia Sancti Fulgentii Episcopi

Ex sermone de Confessoribus.

SI illum Domini sermonem secundum litteram velimus accipere, nihil in eo commodi spiritualis possumus invenire. Quid enim proficit ad animæ salutem, si aliquis corporaliter aut lumbos præcingat, aut lucernam accendat? In lumbis itaque concupiscentia carnalis ostenditur, in lucernis vero fides, & charitas Christiana monstratur. Jubens igitur Dominus lumbos nostros præcingi, concupiscentias carnis sine dubio præcipit refrænari. Imperans autem ut lucernas ardentes habeamus, hoc utique jubet, ut & lumine veræ fidei splendamus,

sermus, & sanctæ charitatis operibus repleamus.

Lectio VIII.

Ista aqua de Evangelio proposui, ut in prophetis sermonibus confiteremur. Utrumque enim Testamentum Deus instituit, unus Dominus dedit: & in lumbis utriusque Testamenti diversis pro temporibus sacramenta, concordat tamen in utroque salutis humana sententia, qua præcipitur ne non progremus, & jubetur ut bonis operibus instamus. Per Mariam Dominus omnes his admonet verbis. Autente malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescente perverse agere, discite benefacere. Quid est enim, si lumbi vestri præcingi, nisi quiescente agere perverse. Quid est, sint lucernæ ardentes, nisi discite benefacere.

Sint lumbi vestri præcingi, hoc estum transferatur, & desit nona Lectio, legatur sequens.

P Ræcinguntur enim fideliū lum-
bi, dum concupiscētia mala com-
primitur; dum iniqua cogitatio cohi-
bētur; dum libidini resistit animus;
dum lasciviz denegatur effectus; dum
calcatur luxuria; dum avaritia contem-
nitur, & rapina; dum proximi læsio
devitatur; dum superbia vincitur; dum
invidia superatur. Ardent verò lucer-
næ fideliū, dum recte fidei regulam
servant; dum in sinu matris Ecclesiæ
longanimiter perseverant; dum ter-
rena contemnunt, & cælestia concu-
piscunt; dum solliciti pacem custó-
diunt; dum se invicem purè diligunt;
dum múto se honore præveniunt;
dum mansuetudine cordis, & humi-
litate proficiunt; dum misericordiæ
opéra libenter atq; hilariter faciunt;
dumque in opéribus bonis, non ho-
minibus, sed Deo placere contendūt.
Te Deum laudámus.

M I S S A.

*Os Justi. de Communi Confessoris non
Pontificis, cum prima Oratione de San-
cto propria. Deus, qui Beatum Ivo-
nem, supra, no.*





FESTA JUNII.

DIE I. IVNII.

In Festo S. Ranani Episcopi & Confessoris.
Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, exceptis iis quæ hic habentur propria.

Oratio. Exaudi, quæsumus.

In primo Nocturno.

Lectioes leguntur de scriptura occurrente.

¶ Si hoc Festum inciderit in Feriam quartam Rogationum, leguntur Lectioes, Fidelis sermo, de Communi Confessoris Pontificis.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Ronanus ex Hiberniâ oriundus, ab ineunte ætate literarum studiis à parentibus traditus, ubi adolevit, omnium suffragio ad Pontificale solum evectus fuit. Sed cum æ-

reatus apud se perpenderet illud Evangelium: Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me; relictis patriâ rebusque omnibus, in Britanniam minorem ad Leonensium oras transierat. Ubi cum frequentium miraculorum gloria cœpisset iam innotescere, adeo ut ad ipsum quotidie languentium multitudo conflueret; quietioris solitudinis atque orationis studio, in Nemeam vastissimam Cornubiensium silvam tacitus se recepit. Quo in loco, per cuiusdam Rustici opera usus, Oratorium extruxit, in quo divinarum rerum contemplationi deinceps sine intermissione vacavit.

¶ Inveni David. 39.

Lectio V.

Cum autem eius fama ad Graddo, nunc Britonum Regem pervenisset, is pietate ductus Virum Sanctum invisit, à quo & sibi benedictionem impetiri postulavit. Causis etiam colloquio, divinisque sermonibus excipi-

endis plurimi conveniebant. Inter quos
hospes ille Rusticus vix ab eius con-
fortio, reclamante nequicquam uxore
& Ronanum importunius exagitante,
recedebat. Huius porro mulieris tanta
fuit nequitia, ut cum Ronani opem
in gregis defensione saepe experta fuisse,
insignem nihilominus in ipsum
calumniam struxerit.

8. Posui adiutorium. 40.

Lectio. vi.

Alconsa siquidem clam filia, im-
pudens mulier nomine Queban
hanc a Ronano devoratum fuisse apud
Regem ipsum conquiritur. Qui eo
accerfiso, ubi mulieris fraudem, quam
ipse divinitus didicerat, aheodem ac-
cepisset, facinus detestatus, Virum
Sanctum enixius coluit. Porro Ronanus
acceptae iniuriae immemor, mulie-
rem supplicio, ad quod trahebatur,
suis precibus exemit; puellam item,
qua iusta Dei vindicta extincta fuerat,
ad vitam revocavit. Qui cum in Chri-
sto postmodum, innumeris clarus

miraculis, sanctissime quievisset; eius
Sacra Reliquia, in suo primum Ora-
torio sepulta, monumentum fecerunt
sacra peregrinatione undequaque
affluentium veneratione gloriosum:
quod insigni Basilica superstruenda
dedit occasionem. Inde maximam par-
tem in Ecclesiam Corisopitensem
translata, religiosissimo ibi etiamnum
cultu honorantur.

8. Ille est. 41.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelij secundum
Matthaeum.

Lectio. vii. Cap. 19.

IN illo tempore: Dixit Petrus ad
Iesum. Ecce nos reliquimus omnia,
& secuti sumus te: quid ergo erit no-
bis? Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Declam. de Evang. huius verbis.

Arbitor, verba Lektionis huius
ea esse, de quibus ad immortalem
sponsam a finibus terrae clamat
Ecclesia: Propter verba labiorum tuo-

rum ego custodi vias duras. Hæ nempe sunt verba, quæ contemptrum mundi in univérso mundo, & voluntariam persuadere hominibus paupertatem. Hæc sunt, quæ Monachis Claustra replent, Deserta Anachoretis. Hæc, inquam, sunt verba, quæ Ægyptum spoliant, & optima ejus vasa diripiunt. Hic sermo vivus & efficax, convertens animas felici æmulatione sanctitatis, & veritatis promissione fidei.

82. Amavit eum Dóminus, & ornávit eum. 68.

¶ Pro S. Guinalo dicitur 82. *Iste est qui ante Deum.* 71.

Lectio VIII.

NAm & mundus transit, & concupiscéntia eius; & relinquere hæc magis expedit, quàm relinqui. Ecce, inquit, relquimus omnia, & secuti sumus te: nimirum quia exultavit ut gigas ad curréndam viam, nec currentem sequi póteras onerátus. Sed nec inútilis commutatio, pro eo qui super

super omnia est, omnia reliquidæ; nam & simul cum eo donantur omnia; & ubi apprehenderis eum, erit unus ipse omnia in omnibus, qui pro ipso omnia reliquerunt: omnia sanè diximus, non tantum possessiones, sed etiam cupiditates & eas maxime.

82. Sint lumbi vestri. 72.

Lectio IX. longe post.

Petrus cogitatum suum jactans in Dómino, & omnem sollicitudinem suam in eum projiciens, certus quod illi foret cura de eo, reliquit omnia, secutus est Dóminum, ne interrogans quidem de præmio; donec ex periculo divitum, quod salvator prosequeretur, lumeret occasionem perconrandi: Quid ergo erit nobis? At illi Jesus: Amen dico vobis. Verbum confirmatiónis præmittitur; magnum nóveris esse quod sequitur. In regeneratione sedebitis & vos. Consequimini, ait, quem sequimini: ut cum ipse sederit, & vos pariter sedetis. O Iesús! quis mihi tribuat, ut

dignis exprimam verbis, quod de sessione hac cordis affectione concipio. Imò, quis tribuat mihi sessionis huius imperturbata frui requie, quam desidero, quam cupio, quam requiro? Te Deum laudamus.

MISSA.

Sacerdotes tui. de Communi Confessoris Pontificis. cum Evangelio, Ecce nos reliquimus omnia. ex Missa pro Abbatibus immediate ante Commune Virgini.



FESTA JULII.

DIE XXIX. IULII.

In Festo S. Guillelmi Episcopi & Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter Lectiones primi, & secundi Nocturni.

Oratio. Exaudi, quæsumus.

Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno, in Lectione. Lectione IV. omnia omnia.

Guillelmus. in Briocensi territorio satis humili loco natus, ab ineunte ætate animum voluptatibus omnino præcluserat. Corpus namque assiduis jejuniis & vigiliis aded semper edomuit, ut intemeratum virginitatis florem ad mortem usque conservavit, variis licet identidem, iisque plane gravissimis, spiritus impuritationibus impetitus. Inter alia castitatis cer-

ramina, quæ in lubrico adolescentiæ
statu victor toleravit, illud sane non
est tacendum, quod, cum aliquando
ip̄ tabernam nocte urgente divertisset,
puella quædam eius amore supra mo-
dum incensa, in eius lectum, captato
noctis silentio, furtim obrepit: quod
ubi Vir Sanctus à somno excitatus ani-
madvertit, è lecto tanquam è flamma
prosilijt. ne turpitudinis igne ureretur.
Hac Christi angel fortitudinis gloriâ, alia-
rumq; virtutum, cum præfulgeret, mór-
tuo Briocensi Episcopo, in eius locum
cómuni omnium voto sufficitur. Quod
munus dum exequeretur sanctissimè,
ipsum iterum dæmon à recto virtutis
tramite deducere conatur, cum iactû-
ra castitatis.

R. Inveni David servum meum. 39.

Lectio v.

Nobili quippe femina, viro &
consilio destituta, cui lis erat
in foro Episcopali, dæmon ipse sug-
gerit, Sancti Pontificis manum & au-
ram oblata nefandi amoris copiâ au,

cupandam. Pater insana mulier, Epis-
copum, quasi secretum, quid commu-
nicatura, in seculum trahit, tumque
ad turpe flagitium invitat. Sed impu-
dix procacitatis flammæ discutit fe-
licissime, eamque saluari rubore suf-
fulam adducit ad pœnitentiam. Nec
solum lumbos præcinxit cingulo casti-
tatis, sed etiam lucernas ardentes ma-
nibus gestavit per opera charitatis. In
pauperes enim perpetuè eâ usus est
elemosyna, ut suas, iis liberaliter fa-
cultates erogaret, nosque propriâ ma-
nu pasceret, cum maximè aliquando,
fama penè universos encensæ, non
modo quicquid ipse habuit frumen-
ti, sed aliunde munus quesitum, eis
imperitus est ad sustentationem. Amô-
ris porro divini tanto aestuabat ardo-
re, ut à terrenis abstractus, ad cæles-
tium bonorum perpétuas amœnitâ-
tes vehementer anhelaret. Inde hu-
mi decumbens, licet ipsi pro suâ dig-
nitatè lectus commodè sterneretur,
solidas noctes traducbat. Orationi

quoque ita deditus erat, ut præter divinum horarum Canonicarum officium aliasque pias precationes, totum etiam Psalmorum librum quotidie intimâ animi pietate recitaret.

g. Posui adiutorium. 40.

Lectio. v.

SI quando eximios & principes viros ad Pontificales epulas invitabat, parco tamen ipse & tenui cibo reficiebatur, merâ aquâ, aut vinò admodum diluto, contentus. Sæpe quoque pro corporali ovium suarum salute, reique familiaris defensione, irruentium in Civitatem hostium gladiis cervicem suam objecit intrepides, ut damna & injurias a suis depelleret, exilium propterea & pro justitiâ perpassus. Contulit itaque se ad Episcopum Pictaviensem, à quo benignè receptus, eius factus est adiutor Episcopalis officii. Quo in munere per aliquor annos ita præclare se gessit, ut omnibus in admiratione esset. Sed extinctis divinâ ultione tyrânnis, iterum

in sua Diocesi condigno honore revocatus, ibi ultimum vitæ actum, multis aliis pietatis operibus clarum, feliciter consuminavit; quarto Calendas Augusti, circa annum Christi millesimum ducentessimum trigessimum quartum. Corpus eius in Cathedrali Ecclesia sepultum, biennio post incorruptum, repertum est, suavissimo fragrans odore, tum magnis virtutum divinarum coruscationibus testatam fecit gloriosum spiritus beatitudinem. Quem ideo Innocentius quartus, Pontifex Maximus, solènni judicio Sanctorum catalogo colendum ascripsit.

g. Iste est qui ante Deum. 41.

In tertio Nocturno.

Familiari Evangelium. Vigilate, quia nescitis, de Communi Confessoris Pontificis.

M I S S A.

Sacerdotes tui. De eodem Communi Confessoris Pontificis.

DIE XXXI. IULII.

In Feste S. Germani Episcopi & Confessoris.
Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, exceptis Lectionibus primi, & secundi Nocturni.

Oratio. Da quesumus.
Lectiones primi Nocturni de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio. iv.

Germanus nobili genere Antistodori natus, post auditoria Gallicana, Romæ juris scientiam acquisivit, ita ut ibi advocatōnis munere fungeretur, ac postmodum ad suæ patriæ regimē mitteretur. Qui facularem, ut moris est, vitam ducens, ac immodicæ venationi deditus, à Beato Amatore ejusdem urbis Episcopo reprehensus, tum ab eodem revelatiōe divina successor ordinatus, repente mutatus est in virum alterum. Uxorem pro

pro sorore habuit, opes pauperibus erogavit, omnibus sine acceptione personarum hospitium præbuit, pedes eorum manibus suis lavit, & convivium jejūnus Pastor exhibuit. Ex quo die Sacerdotium suscepit usque ad finem vitæ, non nisi pane hordeaceo, idque nunquam nisi vespere, interdum mediâ hebdomada, & plerumque septimo die ad refectiōem usus est: nec unquam sine cilicio dormivit, p. Inveni David. 39.

Lectio. v.

Unique Apostolica doctrina & miraculis fulgeret, bis in Britanniam ad hæresim Pelagii expugnandam, rogantibus illius insula Episcopis, profectus est: primum quidem una cum Sancto Lupo Trecafino Episcopo, secundo cum Sancto Severo Trevirensi Episcopo, præcibus Gallicanorum Episcoporum permotus. Ubi, divina comitante gratia, verborum veritatis & miraculorum vi errare innoxiè resceat fidei Christi.

tianam mirabiliter confirmatam reliquit. Sed & bellum Saxónum Pictorumque adversus Britones iunctis viribus susceptum, Sancti Antistius virtute divina retundunt: cum Germanus ipse dux belli factus, non clangore tubæ, sed clamore, Allelúia, totius exercitus voce ad sidera levato, hostem in fugam convertit.

ps. Posui adiutorium. 40.

Lection. vi.

Qui deinceps pro Galliárum pace, jam senex Rvaënnam profectus, atque a Valentiniáno Imperatore & Placidia regína, summa cum reverentia susceptus, ibidem in morbum incidit, & séptimo suæ infirmitatis die migravit ad Dóminum. Inde verò corpus post sexaginta dies, comitantibus virtutum opéribus, Antistiodórum honorífico ágmine delátum est, & sepulturæ datum. Cum autem eo tempore Severus presbyter, vir miraculis clarissimus, illius reditum, necius morris, multos dies expectas-

set, ad consecrationem eiusdem Ecclesiæ, in memoriam Sancti Stéphani protomartyris, pro foribus, Viennæ extructæ, (siquidem ad ejus dedicationem se venturum illo promiserat), conigit, ut die ejusdem dedicationis, antequam officia inchoarentur, beatissimum corpus Sancti Germani per Viennam deportatum, in eam Ecclesiám novam, quiescendi causâ, pervehoretur, sicque Viri Sancti promissum implectur.

ps. Ille est. 41.

In tertia Nocturno.

Homilia in Evangelium. Homo peregre proficiscens, de *Commun. Confessoris Pontificis.*

M. I. S. S. A.

Statuit ei Dóminus, de eadem *Commun. Confessoris Pontificis.*



FESTA OCTOBRI.

DIE II. OCTOBRI.

In Festo S. Melori Martyris. Semi-
duplex.

Omnia de Communi unius Martyris
exceptis Lectionibus primi Nocturni.

Oratio. Præsta quæsumus omnipo-
tens Deus: ut qui Beati Melori.

Lectiones primi Nocturni de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectiones. Principes persecuti sunt ma-
gratis. de Communi unius Martyris.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium. Si quis vult
venire post me. de eodem Communi.

MISSA.

In virtute tua. de Communi unius Mar-
tyris non Pontificis. cum Evangelio, si
quis vult venire post me. ex Missa Sa-

videntes Deum immediate ante dictam

Missam. In virtute. pro nobis

pro nobis. de Communi unius Martyris.

De Communi unius Martyris.

DIE XX. OCTOBRI.

In Festo S. Cognogani Corsopitensis Episcopi & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontifi-
cis. præter ea quæ hic habentur propria.

Oratio. Da quæsumus.

Lectiones primi Nocturni de scriptura

occurrente. de Communi unius Martyris.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

Oratio de S. Ignatio Mart.

Lectiones. In

TEMPUS jam ad præclara Beati
Patris nostri Cognogani facino-
ra declaranda nos vocat. Sed deterre-
tur animus ac perturbatur, dum in
tanta, quæ nos undique circumfluit,
laudum copia hæsitat. quid primum,
quid secundum, quid tertium dicere
aggrediamur. Atque idem nobis eve-
nit, ut si quis in præteritum ingressus,

& multas rosas, violas multas, & lilia, & alios vernos flores varios ac diversos intuitus, ambigat quem primo loco, quem secundo perpexerit, dum singuli flores oculos ad se rapiunt. Eodem modo nos item afficiamur, dum hoc spirituale pratum Cognogani virtutum ingres-
si, & non vernos flores, sed ipsos spiritus fructus varios ac diversos in eius anima contemplantes commove-
mur, ac dubitamus, unde potissimum exordiamur: dum singula, quæ conspeximus, ab illis nos arceant, & ad proprium decoris splendorem oculos animi & mentis aciem invitant.

Æ. Juveni David. 39.

Lectio. v.

Vos enim ipsi considerate. Eccle-
siam nostram hic rexit tam gene-
rose & tantacum diligentia, quantam
Christus requirit. Quem enim ille ma-
ximum terminum & regulam Episco-
pis statuit, eam hic factis ipsis expre-
sit. Paulus vero docens qualis Epis-

copus esse debeat, oportet, inquit,
Episcopum sine crimine esse sicut Dei
dispensatorem, non superbum, non ira-
cundum, non vinolentum, non percul-
sorem, non turpis lucri cupidum: sed
hospitalem, benignum, prudentem,
sobrium, iustum, sanctum, continen-
tem, amplectentem eum, qui secun-
dum doctrinam est, fidelem sermo-
nem, ut potens sit & alios exhortari
in sana doctrina, & eos qui contra-
dicunt arguere. Et ad Timotheum
eadem de re scribens: Oportet Epis-
copum irreprehensibilem esse, unius
uxoris virum, sobrium, prudentem,
ornatum, hospitalem, doctorem, non
vinolentum, non percussorem sed mo-
destum, non litigiosum, non cupi-
dum. Vides quanta virtutis excellen-
tia in Episcopo requiratur.

Æ. Posui adiutorium. 40.

Lectio. vi.

Quemadmodum enim pictor egre-
gius colores varios commiscet,
ut exemplat imaginis regie, quam ex-

preſſurus eſt, ita diligenter conficiat, ut qui eam depicturi ſunt, omnes habeant quod imitentur. Sic ſane Beatus Paulus, tanquam regiam quandam effigiem pingens, & exemplar ipſius conficiens, varios virtutis miſcet colores, nobiſque formam Epiſcopalem ad imitandum propoſuit: ut qui ad hanc dignitatem provehantur, ad illam reſpicientes, actiones ſuas omnes dirigant ac moderentur. Auſim igitur affirmare, totam hanc formam in animo ſuo Beatum Cognogatum expreſſiſſe. Nam & irreprehenſibilis fuit, & ſine crimine, non autem ſuperbus, neque iracundus, nec vinolentus, nec pereuſſor, nec litigioſus, nec cupidus, ſed juſtus, ſanctus, continens, amplectens eum, qui ſecundum Doctrinam eſt, fidelem ſermonem, ſobrius, prudens, ornatus, & cætera quæ Paulus exegit. *¶* Ille eſt. 41.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium. Homo peregre

25. proſeſſeans, de Communi Confefſoris, Pontificis.

MISSA.

Statuit, et Dominus, de eodem Communi Confessoris Pontificis.

DIE XXVI. OCTOBRI.

In Feste S. Alori Corisopitaneſis Epiſcopi & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, præter ea quæ hic ſunt propria.

Oratio. Exaudi, quaſumus.

Lectiones primi Nocturni de ſcriptura accurrente.

Id ſecundo Nocturno.

Sermo S. Joannis Chryſoſtomi.

In Orat. de S. Philogonio.

Lectione IV.

Beati Patris noſtri Alori dies, cuius feſtivitatem celebramus, ad ipſius recte factorum enarrationem linguam noſtram evocavit. Et omnino parandum eſt etenim ſi qui patri, ma-

trive maledicit, morte moritur, pro
fecto clarum est eum, qui benedixe-
rit illis, vitæ præmia recepturum. Et
si iis, qui juxta naturam parentes sunt,
tantam debemus præstare benevolen-
tiam, multò magis id præstandum iis,
qui juxta spiritum sunt parentes. Po-
tissimum verò cum jam vitæ defunctos
nostra laudatio nihilo reddat illos glo-
riofiores, nos verò congregatos, tum
qui loquimur tum qui audimus, reddat
meliôres. Nam ille quidem subvêctus
in calum, haudquâquam egere potest
humanis laudibus, ad feliciorē ma-
gisque duraturam quietem profectus.
Cæterum nos, qui hætenus hic ver-
samur, multâque opus habemus ex-
hortatione, illius egemus encômiis,
quo videlicet ad ejus imitationem exci-
temur. Quoniâ igitur hac ex re tantum
nobis lucrum obvenit, obtemperemus.
g. Inveni David. 39.

Lectio v.

Quænam igitur oratio par sit Vi-
ri laudibus, quem Deus tam fe-

lici forte dignatus est? non est ulla. Sed
age, dic mihi, num idcirco silebimus?
Et cuius rei gratia convenimus? An
dicemus, nos haud posse magnitudi-
nem gestorum oratione consequi? At-
qui ob hoc ipsum necesse est dice-
re, quandoquidem hæc est præcipua
laudum illius pars, quod factis ver-
ba æquiparari non possint. Nam quo-
rum benefacta, naturam etiam supe-
rant mortalem, perspicuum est, quod
horum laudes excédunt linguam hu-
manam. Haud tamen ob id asperna-
bitur officium nostrum, quod pro viri-
bus præstamus, sed sumum imitabitur
Dominum: si quidem & ille, viduæ
duos tantum obolos deicienti in gazo-
phylacium, non tantum duorum oho-
lorum mercedem, sed multo amplius
reddidit.

g. Posui adiutorium. 40.

Lectio vi

Proinde quamvis nostræ facultates
exiguæ sint, minimique pretii,
attamen quæ possumus offerimus. Ea

V. 2

licet non respondeant magnitudini
meritorum animarum prædari, justique
Albri: tamē hoc celsitudinis illius ma-
ximum fuerit argumentum, quod nec
pusilla repellat, sed idem faciat quod
solent divites. Siquidem illi, cum ac-
ceperint à tenuibus exigua, quibus
non egent, sua vicissim apponunt, re-
munerantes eos, qui, quod poterant,
obtulērunt. Idem & hic, cum acce-
perit à nobis laudem verbis peractam,
quā nequāquam eget, redonabit nobis
per ipsa facta benedictionem, quā tem-
per uti possimus.

¶ Iste est. 47.

In tertio Nocturno.

*Homilia in Evangelium. Vigilate, quia
nescitis. de Communi Confessoris Pon-
tificis.*

MISSA.

*Sacerdotes tui. De eodem Communi
Confessoris Pontificis.*



FESTA NOVEMBRIS.

DIE III. NOVEMBRIS.

*In Festo S. Gervasii Abbatis.
Semiduplex.*

*Omnia de Communi Confessoris non
Pontificis, præter ea quæ hic habentur
propria.*

Oratio. Intersessio.

*Lectioes primi Nocturni de scriptura
occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

GUINALUS Romēlio Patre, Matre
Læticia, conspicuis genere ac pre-
tate parentibus, apud Constantinenses
procreatus, ab ipsa pueritia futuræ
Sanctitatis specimen præbuit. Jam
enim humilitate, prudentia, charita-
te, cæterisque virtutibus virilem æta-
tem anteverterat. Cum autem aliquân-
do Beatus Guingalocus Abbas, non
nullis comitantibus Monachis, per vi-

cum, in quo parentes Guinali reside-
bant; iter ageret, ac ipsum Guinalum
in atrio paterne domus stantem vidis-
set; afflatu Divino impulsus percontan-
tur, an religiosam vitam intrare vellent.
Cui Guinalus cum omni modestia &
humanitate respondit: Beatissime Pa-
ter, ad omnia, quæ secundum Deum
præceperis, libenter accedo; & paren-
tibus, rebusque omnibus illico relictis,
exultans Beatum Guingaloëum in Mo-
nasterium sequitur, ætatis anno septi-
mo. Neque illum aliquod terrenarum
rerum studium, aut parentum magna-
rumve blanditiæ ab obsequio divino
deterrere potuerunt.
8. Honestum. 66.

Lectio v.

DEcennis habitum religionis indu-
tus, & liberalibus disciplinis ac-
factis litteris sedulo incumbens, brevi
omnibus Religiosi hominis virtutibus
& ornamentis excelluit. Singulis noc-
tibus dum fratres dormirent, solo tec-
tus cilicio etiam tempore Hiemali, in

frigidissimo flumine, carnis refrægens
lacrariam, septem Psalmos peniten-
tiales pro se cunctisque fidelibus de-
cantabat. Orationis assiduitate, Jesu-
mus fere continuis, benignitate, ac pie-
tate præ cæteris eminebat: adeo ut Beatus
Guingaloëus, de imminente sibi mor-
te ab Angelo admonitus, successorem
designavit. Quo defuncto Monachorum
omnium suffragio confirmatur. Septen-
nio post cum undecim sodalibus ma-
jorem Britanniam, & Scotiam totam
peragravit Evangelium propagans. Ibi
per annos aliquot commoratus, supra
naturalem facultatem stupendas res
perpetravit; duobusque Monasteriis
constructis, Angeli monitu in Britan-
niam minorem reversus est.

8. Amavit. 68.

Lectio vi.

CUmque ad insulam, quæ vulgo
grois nuncupatur, cum sociis ap-
pulisset: Ecclesiarum campanæ, nemi-
ne pulsante, sonitum dederunt. Cujus
miraculi novitate percussus loci illius

incolæ Guinalo occurrerunt, ipsiusq;
& locos honorifico receperunt ho-
pitio. Hinc ad suum Cœnœbium per-
texit, ubi incredibili omnium Religio-
forum lætitia exceptus est: ibique tan-
dem septuagenarius, Sanctitate & mi-
raculis clarus, tertio Nonas Novem-
bris quievit in pace. Multis autem post
annis, cum, ad vitandam Normanno-
rum Sacra profanaque miscētium im-
manitatem, Religiosis excedendum
esset, ejus corpus extra provinciam
tulērunt. Inde verò Venerēsis An-
tistes quasdam partes illarum in suam
Ecclesiā afferri curāvērūt: quæ ibidem
usq; in hodiernum diem religiosissime
coluntur.

ꝑ. Ille Homo. 79.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium. Ecce nos re-
liquimus omnia, ut supra in Festo S. Ro-
nani. ꝑ. Iunij. cum vii. ꝑ. Ille est qui,
ut ibidem notatur.

MISSA

MISSA.

Oratio. *de Communi Abbatum, im-*
mediate ante Commune Virginum.

DIE VII. NOVEMBRIS.

In Festo S. Tremori Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris,
exceptis Lecticulis primi Nocturni.

Oratio. Præsta quæsumus omnipo-
tens Deus: ut intercedente Beato Tre-
moro:

Lectioes primi Nocturni de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectioes. Triumphalis Beati Martyris
Tremori.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium. Si quis veni-
ad me.

X

MISSA.

Lætabitur Justus. de *Communi unius Martyris non Pontificis.* cum *Evangelio*, Si quis venit ad me. ex *Missâ*. Stetit ei Dominus. *primâ de Communi unius Martyris Pontificis.*

DIE XXVI. NOVEMBRIS.

In Festo *DEDICATIONIS Ecclesie Corisopitensis.* Duplex. 1. classis. Omnia dicuntur de *Communi Dedicacionis Ecclesie.*

Oratio. Deus, qui nobis per singulos annos.

MISSA.

Terribilis. de eodem *Communi Dedicacionis Ecclesie.*

Dicitur. Credo. Et sic, in Civitate, per Octavam, etiam in Festis.

¶ Extra Ecclesiam Cathedralē in Missâ

Secreta, *Anue.* omittuntur ea, quæ claudunt Parenthesis.

Infra hanc Octavam officium fit ut in Festa, ritum tamen semiduplici; exceptis Lectionibus Trium Nocturnorum, quæ variantur singulis diebus, pro ut assignantur in prefato Communi Dedicacionis.

Missâ quoque, Terribilis. ut in Festo, in qua dicitur, extra Adventum, secunda Oratio. Concede, tertia. Ecclesie. vel pro Papa. In Adventu autem, secunda Oratio erit de Feria. tertia. Deus, qui de Beatâ Mariâ Virginis,

¶ Die illâ, quâ continget Vigilia S. Andreæ, Officium quidem fiet de Octavâ cum commemorationibus requisitis: Missâ verò dicetur de Vigilia cum colore violaceo & commemoratione Octavæ ante quamlibet aliam commemorationem, sine Gloria in excelsis, & Credo.

In die Octavæ omnia dicuntur, uti notatur in Octavâ Dedicacionis in ipsâ

communi Dedicationis Ecclesie. In ter-
tia tamen Nocturno dicatur. Homilia,
que habetur die septima infra Octa-
vam. Exemplum præbet dies Octava
S. Iohannis Baptiste eo anno, quo aliqua
ex Homiliis infra ejusdem Octavam
assignatis omittitur. Tunc enim Homi-
liam omittam, & si plures sint, ultimo
omittam in die Octava legendam assi-
gnant. Ordo Rome impressus, & a S. Ric-
Congregat. recognitus & approbatus; Ga-
vantiis, & alii.

Missæ, Terribilis. ut in die Festi, cum
commemoratione Adventus, & Credo.

¶ Quando hac die occurrit Dominica prima
Adventus, eo anno fit commemoratio tan-
tum de die Octava in Officio de Domi-
nica, sine tertia Oratione in Missa. In
Vesp. integris de S. Francisco, commemo-
mor. Dominica ante, commemorat. diei
Octavæ.

Quoad reliqua videantur & Rubri-
cæ generales Breviarum ac Missalis, &
particulares Octavarum S. Coeuvini &
Conceptionis.

DIE XXX. NOVEMBRIS.

In Festo S. Fugduali Episcopi & Con-
fessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris Pon-
tificis, præterea que hic habentur propriis.
Oratio. Exaudi, quasumus.

Lectioes primi Nocturni de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

TUGdualiis regiâ Britonum stirpe
editus, à puero literarum rudia-
mentis traditus, magnam brevi eru-
ditionem adeptus est, summamque in-
de apud omnes venerationem. Cum
factus esset atate provecior, in adver-
sis maxime perferendis virtus eius eni-
ruit. Cum autem pueritiam excessisset,
relictæque sibi patrimonio uti posset
ad voluptatem, spiritus mundi illece-
bris, in Clerum cooptari voluit, in Ec-
clesiis frequentandis & Sacramentis
devotè suscipiendis pene assiduus. Ma-

ra fuit in pauperes liberalitate, esurientibus alimonium, nudis vestimenta, oppressis subsidium, vagis hospitium, mortuis solatium suppeditando: caducis aeterna, terrenis mercatus caelestia. His quasi virtutum praeludiis exercitatus athleta Christi, ad maiora properavit: suscepto quippe religioso schemate, dura nimis & ardua impuri spiritus certamina toleravit, quae continuis ille jejunijs, vigiliisque & orationibus feliciter superabat; solo pane & herbarum plerumque radicibus, nonnunquam fructuum pabulo, & aqua pura contentus.

℞. Inveni David servum meum. 39.

Lectio v.

Hinc agris multa opitulatiōe benéficus, ad Sacerdotium pro meritis evectus, & suo Monasterio praestitutus Abbas, eo in gerendo munere manifestissima dedit prudentiae, vigiliantiae, & Sanctitatis argumenta. Cui administrationi dum vacaret intentus, Angelico secundum quietem nuncio

praemonitus, in Armonicam cum septuaginta duobus Monachis concessit, in oramque Leonensem celeri navigatione deportatus, ibi diu monasticam vitam transégit, non sine magno animarum lucro. Sed crescente discipulorum numero, nec commode uno omnes loco sustinente, Tugdualus cum duodecim assumptis socijs Provinciam hanc percurrrens, Evangelium annuntiavit, Domino sermonem confirmante sequentibus signis. Caecis siquidem visum, surdis auditum, claudis gressum, paralyticis membrorum soliditatem, leprosis munditiam passim restituebat: quibus tantam sibi apud omnes opinionem merito conciliavit, ut fundandis dotandisque Monasterijs, & sublevandae pauperum inopiae bona non deessent. Insigne praeterea in valle Trecorensi, ubi nunc Sedes Episcopalis est, Caenobium edificavit.

℞. Posui adjutorium super 40.

Mortuo deinde Episcopo Lexobienſi, unâ omnium conſpiratione, in ejus locum Tugdualus aſſumitur: quem ille honorem ne acciperet, Andégavum ad Sanctum Albinum profectus eſt, eoſque comitante Pariſios, ut interim in alterum oculos convertere Clerus cogeretur. Mortuum Pariſiis ſuſcitavit. Sed piâ Derochi Regis fraude in Armoricam evocatus, electioni tandem conſenſit, munuſque conſecrationis ſuſcepit, cum ambitioſa Angelici famulatus oſtenſione. Niſillô ſegnior Tugdualus vitam aſtinitatem tenuit, quam antè ſequēbatur; jugi penè jejunio & coſtina oratione. Imò priſtinis virtutibus non mediocrem fecit acceſſionem; peregrinos hoſpitio & menſâ excipiēdo, ægroſ inſiſcendo, Evangelium prædicando, aliâque boni Paſtoris officia obeundo. Quæ omnia adverſus virum, verbo & opere potētem, lividos nobilium quorundam animos ita exacuerunt,

runt, ut relicto grege Sanctus Paſtor Romam proficiſceretur, ſuperno monitus oraculo. Tandem poſt biennium reverſus, designato ſibi in ſucceſſorem Sancto Ruclino, beato fine quievit pridie Calēdas Decēbris, circa annum Chriſti quingentēſimum nonagēſimum octavum.

B. Iſte eſt qui ante Deum. 41.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangelium. Vigilare, quia neſcitis. de Communi Confessoris Pontificis.

MISSA.

Sacerdotes tui. de eodem Communi Confessoris Pontificis.



DE MARTYROLOGIO

Notanda.

I.

Festa hujus Diœcesis enuntiantur
semper in Martyrologio eo die
& eo loco, quibus hic assignantur,
excepto casu sequenti. Licet enim Of-
ficium aliquando transferatur, Enun-
tatio tamen in Martyrologio nun-
quam transfertur.

II.

Si contingat, quod Festa Diœcesis,
quę in Martyrologio primo loco enun-
tianda notantur, occurrant cum aliquo
Festo Mobili vel altioris ordinis: hoc
primo loco enuntiabitur, illa secundo.

III.

Dedicationes proprię ac Patroni seu
Titulares locorum, in quibus legitur
Martyrologium, in eodem primo lo-
co enuntiabuntur, nisi Mobile Roma-
num, cui primatus est concedendus,
impediat.

FORMULÆ

*Legenda annuntiando in Martyrologio
Romano Festa Propria Diœcesis
Corisopitensis.*

JANUARIUS.

XXVII.

Formula ut in ipso Martyrologio.

FERIA QVARTA
ante Cineres.

*In Martyrol. primo loco. Corisopiti in
Ecclesia Cathedrali Festum trium
guttarum Sanguinis, quas mirabili-
ter effudit Imago lignea Crucifixi,
in execrationem perjurii coram ap-
sâmet imagine perpetrati.*

MARTIUS

III.

In Martyr. primo loco. In Cornubia
Sancti Guingaloëi Abbatis.

XII.

In Martyr. ultimo loco. Eadem die
Sancti Pauli primi Leonensium
Episcopi & Confessoris.

APRILIS.

V.

Formula ut in ipso Martyrologio, primo loco legenda.

XVI.

In Martyrol. primo loco. In Diocesi Venetensi Sancti Paterni Episcopi & Confessoris.

MAIUS.

DOMINICA PRIMA

intra Mensem.

In Martyrol. primo loco. Festum Translationis Reliquiarum SANCTI
CORENTINI Episc. & Confess.

I.

In Martyr. penultimo loco. In Diocesi Briocensi Sancti Brioci Episcopi & Confessoris.

IX.

In Martyr. ultimo loco. In Cornubia Sancti Tudini Abbatis.

XV.

In Martyrol. primo loco. In Cornubia Sancti Primaëlis Eremitæ & Confessoris.

XIX.

Formula ut in ipso Martyrologio, primo loco legenda.

160
JUNIUS.

I.

*In Martyr. primo loco. In Cornúbia
Sancti Ronani Episcopi Hiberni &
Confessoris.*

JULIUS.

XXIX.

*Formula ut in Martyr. primo loco le-
genda.*

XXXI.

Formula ut in ipso Martyrologio.

OCTOBER.

II.

*In Martyrol. penultimo loco. In Cornú-
bia Sancti Melori Martyris.*

XV.

In Martyr. primo loco. Corisopiti San-

161
*cti Cognogani Corisopitenſis Epif-
pi & Confessoris.*

XXVI.

*In Martyr. primo loco. Corisopiti San-
cti Alori Corisopitenſis Episcopi &
Confessoris.*

NOVEMBER.

III.

*In Martyrol. primo loco. In Cornúbia
Sancti Guináli Abbatis.*

VIII.

*In Martyr. tertio loco. In Cornúbia
Sancti Tremóri Martyris.*

XXVI.

*In Martyr. primo loco. Corisopiti DE-
DICATIO ECCLESIAE Cathedra-
lis.*

XXX.

*In Martyrol. secundo loco. In Diocesi
Trecotensi Sancti Tugduali Epif-
copi & Confessoris.*

DECEMBER.

III.

In civitate tantum. In Martyr. primo loco. Octava Dedicationis Ecclesiae Cathedralis.

XII.

In Martyr. primo loco. Corisopiti depositio S. CORENTINI primi Corisopitenfis Episcopi & Confessoris, totiusq; civitatis & Diocesis Patroni.



MONI-

MONITA.

I.

In hoc Proprio assignantur tantum Rubricae vel extraordinariae; Id est, solventes ea, quae nullo modo, aut saltem aegre admodum ex Rubricis generalibus solvi possunt; vel mutationi non obnoxia. Ad quid enim notare, quae ex Rubricis patent, & quae saepe superflua efficit; unius Festi additio, unica Translatio, unicus Concurus; imò & inutilia Ordo annuus Divini Officii recitandi.

II.

Sanctis, quorum dies propria digniori Officio semper occupatur, nulla alia dies propria conceditur; in gratiam locorum, qui ipsos Patronos seu Titulares venerantur; propter Martyrologium; & ut cum Ecclesia universali, saltem in Officiis Novem Lectionum, quantum fieri potest, conve-

Z.

niamus ; uti accidit die 28. Januarii.
anno 1681.

III.

Supradicta omnes admonere visum fuit ; ut ex ipsis pateat , in recognitione hujus Proprii magnam esse adhibitam & diligentiam & circumspectionem : nihilque , quod non fuerit accurato examine discussum , in eodem contineri.

IV.

Ut satis fiat pietati multorum , qui maxima erga Beatum Corentinum devotione afficiuntur ; additas sunt in honorem ejusdem Sancti sequentes preces , piæ multum & religiose.



OFFICIUM PARVUM B. CORENTINI. AD MATUTINUM.

Invocatio.

JESU corona Præsulum,
Pia Corentini prece ,
Attende Laudis Canticum,
Votisque nostris annue.

- D**omine, labia mea aperies.
Et os meum annuntiabit laudem tuam.
Deus , in adjutorium meum intende.
Domine , ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri , & Filio , & Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio , & nunc , & semper , & in sæcula sæculorum.
Amen. Alleluia. *vel à Septuagesima usque ad Pascha.* Laus tibi Domine , Rex æternæ gloriæ.

G Audeamus & lætemur,
Præfulis illustria
Recolentes Corentini
Hac die Magnalia.
In Britannia minore
Corentinus nascitur:
Maturæ Parentum curâ
Literis imbuuntur.
Simus te, digne Protector
Corisopitensium,
Intercedente donorum
Compotes cælestium. Amen.
Antiphona. Nobilis progenie, nobi-
lior fide, nobilissimus sanctitate fuit
Pastor Corentinus: cuius meritis nos
exaudire digneris Sancta Trinitas unus
Deus.
v. Ora pro nobis Beate Corentine,
R. Ut digni efficiamur promissioni-
bus Christi.
Patet noster, qui es in cælis. &c.
v. Et ne nos inducas in tentationem.
R. Sed libera nos à malo.

P Recibus & meritis Beati Corenti-
ni & omnium Sanctorum perdu-
cat nos Dominus ad regna colorum.
Amen.

v. Iube Domine benedicere.

Benedictio. Cujus memoriam colimus,
ipse intercedat pro nobis ad Domi-
num. Amen.

Lectio. Chrys. Orat. S. Phil.

B eati Corentini memoria, quam
hodie celebramus, ad ipsius recte
factorum enarrationem linguam no-
stram evocavit. Et omnino parendum
est, quoniam hac ex re maximum no-
bis lucrum obvenit. Si quidem ille,
cùm acceperit à nobis laudem verbis
peractam, quæ nequaquam eget; re-
donabit nobis per ipsa facta Benedi-
ctionem, quâ semper uti possimus.
Tu autem Domine miserere nobis.
R. Deo gratias.
R. Ad laudem summi Patris, laude-
tur bonus filius in bonis, & de bo-
no: * Ut nos magis inde excite-

mur ad bonum.

✠. Laudetur in Sanctis suis Deus, fons
omnis bonitatis. Ut nos. Gloria
Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.
Ut nos.

AD LAUDES.

✠. Deus, in adjutor: &c. usq; ad Hym.
ut supra.

Antiphon. Beatus Corentinus in lege
Domini meditatus est.

Psalm. 1.

Beatus vir, qui non abiit in consilio
impiorum, & in via peccato-
rum non stetit: & in cathedra pesti-
lentiae non sedit.
Sed in lege Domini voluntas eius: &
in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tanquam lignum, quod planta-
tum est secus decursus aquarum: quod
fructum suum dabit in tempore suo.
Et folium eius non defluet: & omnia
quaecunque faciet, prosperabuntur.
Non sic impii, non sic: sed tanquam
pulvis, quem projicit ventus a facie
terrae.

Ideo non resurgent impii in iudicio:
neque peccatores in concilio justorum.
Quoniam novit Dominus viam iusto-
rum: & iter impiorum peribit.
Gloria Patri &c.

Antiphona. Beatus Corentinus in le-
ge Domini meditatus est, voluntas
ejus permanfit die ac nocte; & omnia
quaecunque fecit, semper prosperata
sunt.

Hymnus.

Miros fecit Corentinus
Progressus in Literis;
Sed multo magis mirandos
In virtutum semitis.
Charitate, castitate,
Insigni modestia
Clarus, ac simplicitate,
Comite prudentia.
Simus, &c.

Antiphona.

Dilectus Deo & hominibus Be-
atus Corentinus, cujus memo-
ria in benedictione est, in bonitate
& alacritate animae suae placuit altis-

fimo: ipse nostris precibus adfit ele-
mens & propicius.

℣. Ora pro nobis Beate Corentine.

℞. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Oratio.

Gratia tua, quaesumus Domine,
tribue largitatem: ut qui Beati
Corentini Confessoris tui atque Pon-
tificis memoriam colimus, vitæ præ-
sentis & futuræ praesidiis gaudeamus.
Per Dominum nostrum Jesum Chris-
tum Filium tuum, qui tecum vivit &
regnat in unitate spiritus Sancti Deus
per omnia secula seculorum. Amen.
℣. Domine exaudi Orationem meam.
℞. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Benedicamus Domino.
℞. Deo gratias.
℣. Animæ famulorum & famularum
Beati Corentini, ac omnium fidelium
defunctorum per misericordiam Dei
requiescant in pace. ℞. Amen.
℣. Divinum auxilium maneat semper
nobiscum. ℞. Amen.

AD

AD PRIMAM,

Invoc. Jesu.

℣. Deus in adjutor. &c. usque ad Hym.
ut supra ad Matutin. & sic in aliis
Horis.

Hymnus.

Assiduus in orando,
Benignus, & humilis,
Præ reliquis venerandus
Enituit sociis.
Exin factus Adolescens,
Cuncta sponte deserit;
Amore Crucis accensus,
In silvam se recipit.
Simus. &c. ut supra ad Matutin.
Antiphona.

Beatus Corentinus à mundo & mun-
danis se mundum exhibuit, sibi mun-
dum crucifigens, & se mundo.

℣. Ora, cum Orat. Gratia & reliquis
ut supra in Laudibus. sicq; in aliis
Horis.

AD TERTIAM.

Invoc. Jesu.

℣. Deus in adjutor. &c.

A a

Officium parvum
Hymnus.

Quam sublimis, & quam sancta
Fuit solitaria.
Corentini vita, probant
Stupenda miracula.
Piscem secat omni die,
Et integrum reperit.
Regem satiat cum turba.
Claudo fontem tribuit.
Simus. &c.

Antiphona.

Sanctus Corentinus ante Deum
magnas virtutes operatus est, & de
omni corde suo laudavit Dominum:
idē dedit illi Dominus facere mira-
bilia, ut videant omnes, quia bonum
est obsequi Deo.
v. Ora. cum Orat. Gratia. & reliquis
ut supra.

AD SEXTAM.

Invoc. Jesu.
v. Deus in adiutorium.

Hymnus.

Languor omnis reparatur,
visitur ab advenis,

B. Corentini.

Quos esca pascit & potu
Caelitus exhibitis.
Ex Eremito raptus, præsul,
Instante Cornubia,
A Martino consecratur
In urbe Turonica.
Simus. &c.

Antiphona.

Mirificavit Dominus Beatum Coren-
tinum, & glorificavit eum in conspec-
tu regum & omnium populorum: fe-
cit illum Dominus crescere in plebem
suam, & iussit illi coram populo suo,
v. Ora. cum Orat. Gratia. & reliquis
ut supra.

AD NONAM.

Invoc. Jesu.
v. Deus, in adiutorium.

Hymnus.

Reversus ad sedem, gregi
Statim vacat credito;
Implens exacte, quæ Paulus
Poscit in Episcopo.
Mira docet, mira patrat:
Nulla valet dicere

174 *Officium parvum*
Lingua, quantos fecit fructus.
Juncto verbis opere.
Simus &c.

Antiphona.

Beatus Corentinus in vita sua sufful-
sit domum, & in diebus suis corrobora-
vit templum: adeptus est gloriam in
generationibus gentis suæ, & ingres-
sum domus & atrii amplificavit.

v. Ora. cum Orat. Gratia. & reli-
quis ut supra.

AD VESPERAS.

Invoc. Jesu.

v. Deus, in adjutorium.

Antiph. Beatus Corentinus confisus
est in Domino.

Psal. lxx.

Beatus vir, qui timet Dominum:
in mandatis eius volet nimis
potens in terra erit semen eius: gene-
ratio rectorum benedicetur.
Gloria & divitiæ in domo eius: & jus-
titia eius manet in sæculum sæculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis:
misericors, & miserator, & justus.

B. Corentini

175

Jucundus homo qui miseretur & com-
modat, disponet sermones suos in ju-
dicio: quia in æternum non commo-
vebitur.

In memoriâ æternâ erit justus: ab audi-
tione malâ non timebit.

Paratum cor eius sperare in Domino,
confirmatum est cor eius: non commo-
vebitur donec despiciat inimicos suos.
Disperfit, dedit pauperibus, justitia
eius manet in sæculum sæculi: cornu
eius exaltabitur in gloriâ.

Peccator videbit & irascetur, denti-
bus suis fremet & tabesceat: deside-
rium peccatorum peribit.

Gloria Patri &c.

Antiphona. Beatus Corentinus con-
fessus est in Domino: predicavit præcep-
tum Domini, & permansit in innocen-
tia sua. Ided amavit eum Dominus, &
ornavit eum: quasi solem fecit eum
effulgere in templo sancto suo.

*Officium parvum
Hymnus.*

OMnes Christum confitentur:
Cruci stat victoria.
Virtutes disseminantur;
Exturbantur vitia.
Pauper, vidua, pupillus,
Omnimodi miseri
Sublevantur; & sanantur
Omnigeni languidi.
Simus. &c.

Antiphona.

O Gloriosum Præsulem! ô eximium
summæ veritatis præconem! ô Singu-
larem virtutum opificem! ô felix Co-
risopitum, cui dignatus est Deus Bea-
tum Corentinum dare in Pastorem &
Patronum! Eum quoq; mereamur in
cælis intercessorem.

✠ Ora, cum Orat. Gratiz. & reliquis
ut supra.

AD COMPLETORUM.

Invoc. Jesu.

Converte nos Deus salutaris noster.
✠. Et averte iram tuam a nobis.
✠. Deus, in adiutorium,

*B. Corentini.
Hymnus.*

Iphim tandem sancta quies
Excipit, prodigia
Quam testantur subsecuta
Per tredecim sæcula.
Perge, perge Corentine,
Solita præsidia
Ne deneges, nec recuses
Quæ damus præconia.
Simus te, digne Protector
Corisopitenium,
Intercedente donorum
Compotes cælestium.

Amen.

Antiphona.

Beati Corentini vita fuit sancta, mors
pretiosa, corona nunc est in cælis glo-
riosa: de cujus glorificatione gauden-
tes, Patrocinio sublevemur.

✠ Ora, cum Orat. Gratiz. & reliquis
ut supra.

Commendatio.

Gloriose CORENTINE,
Urbis Corisopiti
Inclytum decus & lumen,
Laudantibus subveni.

Mariæ dilecte, cultor
 Ardens Jesu vulnerum,
 Ut consequi fac possimus
 Beandorum gaudium.
 Esto memor in agone,
 Rumpe vincla sæculi,
 Tui Sancti, semper adsint
 Præsidia Brachii. Amen,

GUIL. MAUBERT P. Corisopitensis.



LITANIA B. CORENTINI.

KYrie eleyson. Christe eleyson.
 Kyrie eleyson: Christe audi nos.
 Christe exaudi nos.
 Pater de cælis Deus, Miserere nobis.
 Fili Redemptor mundi Deus, mise.
 Spiritus sancte Deus, miserere.
 Sancta Trinitas unus Deus, miserere.
 Sancte Corentine, Ora pro nobis.
 Sancte Cornubiæ Apostole,
 Sancte Cornubiensium Patrone,
 Sol Americæ,
 Septem Sanctorum Britannicæ Co-
 riphæe,
 Fidei propugnaculum,
 Profligator Idolorum,
 Terror Dæmonum,
 Lucerna ardens & lucens,
 Fornax Divini amoris,
 Simulachrum pietatis,
 Passionis Dominicæ insignis con-
 templator,

Ora pro nobis.

Crucis & abnegationis continuæ
 expetitor,
 Contemptor sæculi,
 Beatissimæ Virginis alumne,
 Sacrarium sanctissimæ Trinitatis,
 Magister Regum,
 Pater pauperum,
 Tutor pupillorum,
 Advocatus viduarum,
 Portus naufragorum,
 Salus ægrotorum,
 Refugium peccatorum,
 Consolator afflictorum,
 Spes desperantium,
 Zelator divinæ gloriæ,
 Pastor bone,
 Pastor fidelissime,
 Pastor vigilantissime,
 Pastor benignissime,
 Pastor oviû errantiû studiosissime,
 Pastor humillime,
 Pastor pauperrime,
 Pastor castissime,
 Pastor Magnanime,
 Pastor fortissime,

Ora pro nobis.

Pastor patientissime,
 Imago sanctæ simplicitatis,
 Patrator miraculorum,
 Speculum Episcoporum,
 Præsidium Religiosorum,
 Decus Eremitarum,
 Norma Sacerdotum,
 Defensor Virginum,
 Spes fidelium defunctorum,
 Imitator Angelorum,
 Emulator Apostolorum,
 Voluptas æterni Patris,
 Imago Christi crucifixi,
 Templum Spiritus sancti,
 Peccatores, Te rogamus audi nos.
 Ut Ecclesiæ sanctæ pacem, Pontifici
 nostro N. Antistiti nostro N. Regi
 nostro N. salutem æternâ impetrare
 digneris, Te rogamus audi nos,
 Ut Diœcesi Cornubiensi benedictio-
 nis tuæ gratiam impertiaris, Te.
 Ut pro existentibus in peccato mortali
 intercedas, Te rogamus.
 Ut animabus fidelium defunctorum
 benignissimam manum tuam porri-

Ora pro nobis.

gas,
 Ut agonizantes consolari & confortare digneris,
 Te rogamus.
 Ut nobis in periculosa mortis hora succurrere digneris, Te rogamus.
 V. Ora. cum Orat. Gratia tua, 170.

PROSA SEV SEQUENTIA
 B. Corentini.

Lauda Patrem & Pastorem,
 Lauda Ducem & Tutorem
 Inclyta Cornubia.
 Quem laus ingens meritorum,
 Et æqualis portentorum
 Decoravit grãtia.
 A primæva vix ætate,
 Spectatæ mundi vanitate,
 Desertum incoluit.
 Cui se piscis amputatus,
 Parte tamen integratus,
 Sponte cibum præbuit.
 Rex cum turba epulatur,
 Et suffecisse miratur
 Piscem multitudinē;

Claudus hospes sublevatur,
 Cum repente referatur
 Rivus scaturigini.
 Hæc fuere sanctitatis,
 Quam talentis auxit datis,
 Prima tyrocinia.
 Quæ Martinus indicavit,
 Quando gemmâ decoravit
 Unctum Pontificiâ.
 Quis deinceps gregis curam,
 Quis indefessam culturam,
 Quis auctam messis mensuram
 Ore queat dicere?
 Verbum Christi nunciatur,
 Fides passim dilatur;
 Crucis honor confirmatur,
 Verbo simul opere.
 Clausa tandem incolatus
 Morâ, Pastor invitatus,
 In æternum coronatus,
 Introivit gaudium.
 Cujus ope mox sanantur
 Aegri, vincti liberantur,
 Procul hostes exturbantur,
 Munus datur imbricium.

Prosa Lauda Patrem
Corentine, jam bonorum
Factus compos supernorum,
Fusa preces fac tuorum
Audiantur, & votorum
Consequantur præmia.
Christo pastor aberrantes
Reduc oves, peragrantes
Pascere, sana laborantes,
In æterna duc latantes
Pascuorum gaudia. Amen.

Prosa antiqua ejusdem Sancti.

Septem sanctos veneremur,
Et in illis admiremur
Septiformem gratiam.
Qui perversos converterunt,
Quâ repleti repleverunt
Dogmate Britanniam.
His præfuit CORENTINUS,
Consecravit quem Martinus
Præfulem Cornubiæ.
Cujus vita quantum digna,
Quam insignis, probant signa
Vivi fontis hodie.

Quem paternus, Macrobius,
Dum hic locus visitatur,
Admirantur nimium.
Stupent simul & de vino,
Dato statim CORENTINO,
Et de casu piscium.

Cæsus piscis integratur,
Rex de pisce satiatur,
Et piscis non moritur.

Viso signo tantæ rei,
Rex adorat virum dei,
Donum grande sequitur.

Christi nomen exaltatur,
Fides sancta dilatur
Frequenti miraculo.

Guingaloëus & Tudinus
Gaudent, quod sol matutinus
Sic illufcat populo.

Argumenta sanctitatis
Corentini patent satis,
Post mortem magnalia.

APERITUR CLAUSA MANUS,
FURTUM REDDIT ET FIT SANUS
LATRO DE LEONIA.

Captus archa liberatur,

176. *Prosa.* Septem Sanctos,
Vanum Monachis servatur,
Sicut turonis testatur,
Neque bibit Emulus.
A Britannis dum portatur
Sacrum corpus, imber datur;
Trabes cadit, nec damnatur
Paries vel populus.

Ergo, Deo laus solvatur,
Per quem Sanctus revelatur,
Peregrinus gratulatur,
Dumque perit, impetratur
CORENTINO Gratia,

Trine Deus in personis,
Cuius prece nos cum bonis
Tuis ruos dota donis,
Et corona nos coronis
Sanctorum in gloria. Amen.

F I N I S.



ERRATA.

In Calendario.
IANUARIUS. 28. lege 27. APRILIS,
Vincenti Ferrei. lege, Vincentii
Ferrei. Dele puncta, quæ sunt post in
hoc, & Paterni

Extra Calendarium.
pag. 43. lin. 8. Spal. lege, Psal. pag. 71.
lin. 22. nec lege, nec. p. 9. lin. 14.
æternum. lege, æternum. pag. 124. lin.
ultima lege sequentia omissa In Civita-
te, dicitur in Missa, Credo.

Si quæ sunt alia, existimet benignus
Lector ea esse vel levissimi momenti, vel
saltem in quibusdam tantum paginis
haud satis maturè examinatis.

